

A. N. R. N. W. / X. V. I.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:
(308.15.8.)

F. I. 40.

Inhabitatoribus or febriis quid quatuor
in tibi subscriptum roman^{istum.} utrumque
Franciscus Molitor
Anno 1604
Modus variandi

Hic Liber e meo est

①

F. I. 40/4 = 51 sh

Si Subina Lector, librum quis sit
In tibi subscriptum, nomen utrumque
meum
Nicolaus Metrichy

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum: 11
(308. 19. 8.)

An inter substantiam et accidentia dicitur medium?
R. Accidentia sunt tripliciter sicut operantur essentialiter
et est omne id quod aliam rem in se essentialiter habet
in. n. est medium 2 ut opponitur substantia 3 ut op
ponitur proprio et quodammodo predicabile. Et ita etiam per
stantialiter perfectio est accidentalis et ita inter essen
tia et accidentia dicitur medium.
An ens simplicius sit etiam perfectius? affir
matur materia in se simplicior composito perfectiori
ca esse R. q. q. simplicius aliquid est in et perfecti
us est ceteris paribus ponamus ergo esse duas substan
tias quas utraque sit esse perfectius eadem habeat pro
dicata hoc solum casu quo simplex una sit altera
postea dicitur simplicius esse perfectiori composito:
quicquid enim habet eadem perfectionem in altero nec
tamen includit imperfectionem qua alterum includit
illud est perfectius.

Finis

EPITOME
METAPHYSICA
Ex variis probatisque
Authoribus, in usum Scholasticæ
Juventutis collecta.

A.
M. JOHANNES STIERIO.



Recusa vero Cibinii,

Per MARCUM Pistorium,
ANNO 1649.

RMK. II. 709.



Viris admodum

REVERENDIS, DO-
ctrinā, sanctimoniam vitæ, longoq; rerum usū
CLARISSIMIS:

DECANO, SENIO-
ribus, reliquisq; Almi Capituli
CIBINIENSIS Pastoribus, & Symonistis
dignissimis.

Ue &

Amplissimis, Nobilissimis, Prudentissimis
atq; Circumspectis Reipub. CIBINIENSIS

Consuli Regio, & Sedis
Judicibus, cæterisque Senatorij Or-
dinis Senioribus & assessoribus
Consultissimis

Dominis Patronis, Fautoribus, Mæcenatibus,
promotoribus honorandis, omniq; obser-
vantie studio venerandis, in debitum
honoris *συνέλογον*, recusam hanc STE-
RIANAM Epitomen Metaphys; offert,
suo, & totius Scholæ Cibiueñ nomine
Johannes Ohrhendiſ
p. 1. Gymn. Cib. Rector.

PROEMIIUM.

PROEMIIUM.

De Natura & Constitutione Metaphysicæ.

IN consideratione præliminari
Metaphysicæ, consideranda primo est
Existentiā, videlicet: An datur? ubi ab-
firmativè responderetur à sapientibus
1. Quia datur distinctum objectum.
& modus considerandi diversus, a modo illo, qui
datur in aliis disciplinis, nam in Metaphysica
consideratur *Ens* quatenus *Ens*. 2. Quia nulla
alia datur disciplina in qua propriè tam de affec-
tionibus e. g. Uno Vero Bono, quam de ejusdem
differentiis & divisionibus, ut in *Substantiam* &
accidens, agatur.

Secundò, *Nomen*, circa quod occurrit tam *Ety-
mologia*. Nimirum quod *Metaphysica* dicatur à
meta post, vel *trans*, & *φυσική* naturalis. Vel 1.
Quia *Metaphysica* agit de iis, quæ res naturales
transcendunt & supra *Physicam* sunt. 2. Vel quia
Metaphysica post *Physicam* est inventa. Non igitur
sic dicitur ratione ordinis naturæ (cum quoad
ordinem naturæ, ea, quæ in *Metaphysica* considerantur,
sint priora rebus *Physicis*) sed ratione ordinis
Inventionis. Tunc *Synonymia* quæ apud Authores
gloriosè gaudet *Metaphysica*: dicitur enim quibusdam
Philosophia absolute & quasi per antonomasiam,
quia est nobilissima pars *Philosophiæ*,
Arist. lib. *Metaph.* cap. 2 & 3. 2. *Philosophia*

A 2

prima

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 11
(308.19.2.)

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308.16.2.

4. Pars Generalis Metaphysicae
prima, lib. 2. Metaph. Cap. 1. quia primos conceptus, primaque principia considerat, in quibus reliquarum omnium Scientiarum principia fundantur. 3. Theologia Naturalis, quia quantum lumine naturae fieri potest, de rebus immaterialibus, incorruptibilibus actibus puris etc. tractat. 4. Sapientia, quia de primis rerum causis, supremis ac difficilissimis rebus, & quodammodo de universis entibus disputat.

De Definitione Metaphysicae.

METAPHYSICA est Sapiencia, quae contemplatur ens quatenus ens. Vel, Metaphysica est scientia, quae ens in quantum ens, seu in quantum a materia abstrahit, secundum esse contemplatur, Swartz disp. 1. sect. 3.

Subjectum sive Obiectum est Ens quatenus ens, hoc est, ens secundum rem & rationem a materia abstractum. Res considerata sive Obiectum materiale est ens: Modus vero considerandi, sive Obiectum informale est, quatenus ens. Sumitur autem, particula illa reduplicativa, quae vel quatenus, non specificativa, sed reduplicativa, ita ut illud quatenus ens dicat causam, vel rationem, cur praedicatum illud, esse Subjectum Metaphysicae, Subjecto videlicet enti attribuat.

Metaphysica dividitur in Generalem seu Communem; quae de Communi entis natura, ejusque communissimis affectionibus agit. Et Specialem

sive
3

sive propriam, quae agit de speciebus entis analogis, ut sunt Substantia & Accidens.

PARS GENERALIS

METAPHYSICA.

CAPUT I. De Natura & distinctionibus Entis.

ENS est quod habet essentiam realem, id est, non fictam, sed veram, & aptam ad realiter existendum Swartz disp. 2. sect. 4.

Vocabulum Entis accipitur 1. Nominaliter sive Substantive, quatenus est Nomen verbale, & significat essentiam vel rem ratione essentiae suae, sive actu existat, sive non. definitur vero ESSENTIA quod sit id, quod primo concipitur de re, sw. l. d.

2. Participialiter sive Adjective, ut est participium verbi Sum, & significat existentiam, sive rem actu existentem, est autem EXISTENTIA illa ratio, per quam res sunt extra causas in rerum natura, sive actu, Mendoza disp. 8.

Deinde Ens significat 1. Id quod habet essentiam, Sic nihil appellatur ens, nisi ponat aliquid in re, sive nisi sit aliquid positivum: Unde privationes & negationes non possunt dici entia. 2. significat veritatem propositionis, sic omne illud ens vocari potest, de quo propositio affirmativa potest formari. Hoc modo etiam privationes, negationes & entia rationis, entia vocantur.

Tertio Ens est vel Reale, quod habet esse a parte

A 3

ce 161

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:
1303/19.2.

te rei actu vel potentia *Mendoza disp. 39. sect. 1.*
Vel *Rationis*, quod habet esse *obiectivè tantum*,
in intellectu, seu quod à ratione tantum cogitur
ut ens, cum tamen in se entitatem non habeat,
Swartz disp. 5. § 4.

Quarto, *Ens est vel per se*, quod præcisè ha-
bet ea, quæ ad essentiam, integritatem, vel com-
pletentiam talis entis in suo genere per se & in-
trinsicè requiruntur, *Swartz. ut: albedo, calor,*
corpus, &c. Vel *per accidens*, quod constat ex alio
quo, quod neque ad essentiam, neque ad integritatem,
nec ad complementum rei in suo genere
per se & intrinsicè requiritur, ut *doctus, ambulans.*

* Quinto, *Ens est vel positivum*, quod habet veram & essentia-
liter perfectam essentiam sibi debitam, ut *Homo, Leo, Angelus,*
&c. Vel *privativum*, quod dicit negationem essentia veræ positi-
væ in subiecto habili, ut *Cæcitas, Claudicatio, Mors, &c.*

Sexto dividitur in *Complexum*, quod in compositione sive *Phy-*
sica sive *Logica* spectatur, ut: *doctum, album.* Et *Incomplexum*,
significatq̃ illud, quod *simplici* mentis operatione intelligi-
tur, ut *Ens, Substantia, Accidens.*

Conceptus Entis definitur, quod sit species ab
Intellectu formata, representans ipsum *Ens* in-
mente prout tale est: Estque *vel Formalis*, & dicitur
qualitas quædam ab intellectu facta, repre-
sentans per modum imaginis expressè rem, du-
rans quam diu intellectus in actuali perceptione
objecti perseverat, *Jacob Mart. in prælect. Met.*
Vel *Obiectivum*, qui nihil aliud est, quam res ob-
jecta, intellecta, representata & cognita, prout
ea, in prospectu potentia cognoscentis simul mo-

ves ac

vel ac terminat intellectiōem formalem ipsius
intellectus contemplantis.

* *Conceptus Entis* denuò dividitur in *Univocum* & *Analogum*.
Univocum dicitur conceptus, qui aptus natus est pluribus æqua-
liter tribui & inesse ut *Animalis conceptus, &c.* *Analogus*
verò est conceptus, qui inæqualiter sive non æquè primo inest suis
speciebus aut suis inferioribus, adeoque de uno dicitur primario,
de altero secundario, ut *Sanitas de Urina & animali & Medica-*
mentis. His annumeratur à Græcis tertius qui dicitur
αὐτὸ ἐνὸς ἃ ἄλλοῖς, ab uno ad unum, qui latinis dicitur
conceptus per attributionem analogicam.

* *Theorema*. 1. *Ens est primo cognitum* cognitione origina-
li & actuali confusa non distincta. 2. *Ens in respectu ad inferiora,*
nempe ad *Deum & creaturas, Substantiam & accidens*, non est
æquivocum, neque univocum, sed *Analogum.* 3. *Ens quæ tale*
non habet principia. 4. *Ens non dicit defectum, sed excellen-*
tiam.

CAP. II. De affectionibus Entis in
Communi.

Hic primò queritur, An *Ens* habeat veras ali-
quas affectiones? *R. Affirmatur*, quia *Enti*
competunt aliqua, quæ cum ipso reciprocantur, nec
tamen sunt primus ejus conceptus, sed primum conce-
ptum sequuntur, e. g. *unum, Verum, Bonum, esse*
actu, esse potentia. Dividuntur in *simplices*, quæ
Enti adæquatè insunt, & cum eo convertuntur sub un-
no conceptu. Et *Disjunctas*, quæ cum *Ente* reci-
procantur sub disjunctiōe: suntque *vel mediata,*
quæ mediante aliquo attributo simplici enti conveni-
unt. Vel immediata, quæ entis conceptum imme-
diatè sequuntur. Vel saltem non mediante aliquo ata-
tributo simplici.

* *Theorema*. 1. *Affectiones entis sunt reales*, quia competunt
enti citra mentis operationem. 2. *Affectiones vel attributa entis*

Regi nyonitotvanyok, Bratislava-Lyceum.
(308.16.2)

te rei actu vel potentia Mendoz a disp. 19. sect. 1.
Vel rationis, quod habet esse objective tantum
in intellectu, seu quod a ratione tantum cogitur
ut ens, cum tamen in se entitatem non habeat,
Swaretz disp. 5. l. 4.

Quarto, Ens est vel per se, quod precise ha-
bet ea, quae ad essentiam, integritatem, vel com-
plementum talis entis in suo genere per se & in-
trinsece requiruntur, Swaretz. ut: albedo, calor,
corpus, &c. Vel per accidens, quod constat ex alio
quo, quod neque ad essentiam, neque ad integri-
tatem, nec ad complementum rei in suo genere
per se & intrinsece requiritur, ut doctus, ambulans.

* Quarto, Ens est vel positivum, quod habet veram & essentia-
liter perfectam essentiam, sibi debitam, ut Homo, Leo, Angelus
&c. Vel negativum, quod dicit negationem essentiae verae positi-
vae in subiecto habili, ut Coecitas, Claudicatio, Mors, &c.

Sexto dividitur in Complexum, quod in compositione sive Phy-
sica sive Logica spectatur, ut: doctum, album. Et Incomple-
xum, significatq; illud, quod simpliciter in mente operatione intelli-
gitur, ut Ens, Substantia, Accidens.

Conceptus Entis definitur, quod sit species ab
Intellectu formata, representans ipsum Ens in-
mente prout tale est: Estque vel formalis, & dicitur
qualitas quaedam ab intellectu facta, repre-
sentans per modum imaginis expressam, du-
rans quam diu intellectus in actuali perceptione
objecti perseverat, Jacob Mart. in pralect. Met.
Vel Objectivus, qui nihil aliud est, quam res ob-
jecta, intellecta, representata & cognita, prout
ea, in prospectu potentiae cognoscentis simul mo-

verae

verae terminat intellectionem formalem ipsius
intellectus contemplantis.

* Conceptus Entis denuo dividitur in Univocum & Analogum.
Univocum dicitur conceptus, qui aptus natus est pluribus aequa-
liter tribui & inesse ut Animalis conceptus, &c. Analogus
vero est conceptus, qui inaequaliter sive non aequè primo inest suis
speciebus aut suis inferioribus, adeoque de uno dicitur primario,
de altero secundario, ut Sanitas de Urina & animali & Medica-
mentis.

His annumeratur à Græcis tertius qui dicitur
αὐτὸς ἐνὸς καὶ ὁμοῦ, ab uno ad unum, qui latinis dicitur
conceptus per attributionem analogicam.

* Theorema: 1. Ens est primo cognitum cognitione origina-
li & actuati confusa non distincta. 2. Ens in respectu ad inferiora,
nempe ad Deum & creaturas, Substantiam & accidens, non est
æquivocum, neque univocum, sed Analogum. 3. Ens quæ tale
non habet principia. 4. Ens non dicit defectum, sed excellen-
tiam.

CAP. II. De affectionibus Entis in
Communi.

Hic primo queritur, An Ens habeat veras ali-
quas affectiones? R. Affirmatur, quia Enti
competunt aliqua, quæ cum ipso recipiuntur, nec
tamen sunt primus ejus conceptus, sed primum conce-
ptum sequuntur, e. g. unum, Verum, Bonum, esse
actu, esse potentia. Dividuntur in simplices, quæ
Enti adæquatè insunt, & cum eo convertuntur sub us-
quo conceptu. Et Disjunctas, quæ cum Ente reci-
piuntur sub disjunctione: Suntque vel mediatae,
quæ mediante aliquo attributo simplici enti conveni-
unt. Vel Immediate, quæ entis conceptum imme-
diatè sequuntur. Vel saltem non mediante aliquo ata-
tributo simplici.

* Theorema: 1. Affectiones entis sunt reales, quia competunt
enti citra mentis operationem. 2. Affectiones vel attributa entis
sunt

1. Pars Generalis, Caput III.
ris, de ente potest demonstrari. 3. Affectiones Entis non differant re ipsa ab esse, sed ratione.

CAP. III. De Uno.

UNUM est, quod in se indivisum est, & divisum à quolibet alio: Sive, est affectio entis quæ dicitur in se indivisum.

Vnum quid.

Ceterum Unitas rei multipliciter se habet, prout nempe in divisio variat. Primum quidem Unum est vel per se, vel per Accidens: Unum per accidens constituunt quæ in uno subjecto concurrunt vel ad unum congregantur, idque vel sine ordine; ut acervus lapidum, vel cum ordine, ut exercitus, vel artificialiter, ut Domus, Naturaliter, ut Subjectum & accidens, vel duo accidentia in Subjecto. Unum per se est quod in sua essentia non est divisum, ut Deus, Angelus, Homo.

Per Accidens.

Vnum per se.

Porro unum est vel Indivisibile, quod nec actu divisum est, nec dividi potest: Vel Indivisum quod actu quidem divisum non est, sed aptum est dividi, sicut omne compositum.

Indivisibile Indivisum.

Tandem unum est universale, quando vel genere, vel specie, vel analogo conceptu quedam unum sunt; Genere unum sunt, quæ conveniunt in uno genere, ut Species, homo, & bestia. Specie unum sunt Individua unius ejusdemque speciei, sive quæ conveniunt in una specie, ut Petrus, Paulus, in humanitate. Analogia unum sunt, quæ conveniunt in conceptu analogico, vel quæ habent ad se invicem proportionem & similitudinem, ut Substantia & accidens unum sunt in ente.

Genere.

Specie.

Analogia.

De Uno.

UNUM Numero, sive individuale est, quod non solum dicit indivisionem, sed etiam ineptitudinem ad divisionem in plura. quæ talia sunt, quale est ipsum divisum Swartz disp. 6. sect. 13. uti omne Individuum, Petrus, Paulus.

Unum Formale, sive Unitas Formalis, appellatur quæ per se, & immediate convenit essentia sive nature, prout prescindit ab esse, quod habet in indivis: ut Humanitas.

Vnum formale.

OPPOSITUM Unius dicitur MULTUM, quod actu est divisum, & propter divisionem multiplicat Entia, vel in genere, vel in specie.

* 1. Quod non est unum, illud ne est quidem. 2. Tantum de uno quæque habent quantum de Ente. 3. Vnum non addit supra Ens aliquod positivum, quia Essentialiter & intrinsecè est ipsam Ens. Neque differt ab Ente nisi conceptu formali. 4. Nulla datur multitudo, quæ non de uno participet.

Regula.

CAP. IV. De Vero.

VERITAS consideratur vel in actu exercitio, seu materialiter, quando certa alicujus rei Veritas inquiritur. Hæc consideratio pertinet ad omnes disciplinas, quatenus quælibet veritatem subjecti sui inquirat. vel in actu signato seu formaliter, quando ipsa natura veri formalis, quod scilicet sit, in se consideratur.

Veritatis duplex accedens.

VERUM sive Veritas est congruentia, vel conformitas intellectus cum ipsa re: Verum ergo dicitur, quod est, ubi esse debet.

Verum quid?

Veritas dividitur in Complexam, quæ incomposita

Veritas complexa.

A 5

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum.
(308.16.2.)

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:
1303.19.2.

positione, & divisione terminorum simplicium consistit, & est veritas propositionum, nempe conformitas intellectus componentis, & dividendi cum rebus compositis & divisis. Et Incomplexam, quae est ipsius rei veritas, quae quodvis ens in sua essentia dicitur verum, quia habet essentiam sibi debitam.

Porro Veritas sive statuitur vel in significando, quae proprie reperitur in vocibus, vel Scripturis, aut etiam in conceptibus, quos non ultimos vocant. Swartz diff. 8. Vel in cognoscendo, quae est in intellectu cognoscente res, seu in cognitione & conceptione ipsarum rerum, alia dicitur Veritas conceptuum. Vel in Essendo. Haec veritas est in rebus ipsis, quae ab illa denominantur vera. Et haec Veritas dicitur Metaphysica, de Veritate Ethica docetur in Ethicis.

Veritati opponitur IGNORANTIA & FALSITAS.

FALSUM est disconvenientia seu inadaequatio, quae est inter iudicium intellectus componentis & dividendi, & rem, prout in seipsa est. Swartz diff. 9.

Tripliciter res aliqua dicitur falsa, 1. Propter similitudinem ad rem veram, ratione cuius occasionem falsitatis nobis praebet, ut illud existimemus esse quod non est. Hoc modo aurichaleum dicitur falsum aurum. 2. Propterea, quia est obiectum falsa enunciationis, quod tamen obiectum tantum obiectum

obiectivè est in intellectu. Sic Idolium est & dicitur falsus Deus. 3. Quia non est adaequata & conformis arti, hic modus comperit artes factis.

IGNORANTIA, quae est vel purae negationis, quando simpliciter aliquid ignoratur, & nihil de re aliqua intelligitur, vel simul pravae dispositionis, quando falsa opinio & error crassus habetur de re aliqua, ut in haereticis videre est.

- 1. Veritas, quamvis in simplici mentis operatione reperitur, speciali tamen ratione est in compositione & divisione.
- 2. Verum significat rem cognoscibilem, sicut est 3. Verum (uti & Falsum) est denominatio extrinseca rebus.
- 4. Falsitas non comperit rebus per se, vel secundum se; hoc est nulla res dicitur falsa, relata ad id, quod est, sed relata ad id quod non est.
- 5. Non datur duplex & contradictoria veritas.
- 6. Nihil potest esse verum in una disciplina, quod sit falsum in altera.
- 7. Antiquissimum, quodque verissimum.

CAP. V. De Bono.

BONUM, & ejus oppositum, MALUM dupliciter considerantur, vel in Abstracto, sive Formaliter, & sic bonum est ipsa perfectio in esse debita; & Malum carentia talis perfectionis. vel in Concreto & sic bonum, est res habens perfectionem debitam, & Malum est res carens perfectione debita.

BONUM sive BONITAS est perfectio rei denotans convenientiam; vel est perfectio Enti convenientis. sic homo dicitur Bonus, quia essentia ejus convenit naturae hominis.

Ceterum Bonum variè dividitur 1. est Verum, vel

vel Apparens. Bonum verum est quod in re ipsa
verè est bonum, & appetibile, alias dicitur *ὄντως*,
tale, Sic omnis virtus est bona, & omne donum
Apparens. Dei verè est bonum. Bonum Apparens est,
quod tantum existimatur esse bonum, non autem in
seipso tale est, adeoq; *φαινόμενον* est bonum, ut
Ebrietas, voluptas, Otium.

Transcen- 2. Bonum est vel Metaphysicum, sive Trans
dentale scendentale estq; ipsius Essentia bonum, quod consi-
stet in convenientia Entis cum sua propria Natu-
Naturale. ra. vel Phisicum sive Naturale estq; convenientia
nature, prout ad naturam, & vires naturales deter-
minatur bonitas, ut Sanitas corporis, robur mem-
brorum, pulchritudo &c. Vel deniq; Ethicum,
sive Morale, quod dicit convenientiam, cum lege
nature, & recta ratione, in moribus, v. g. omnes
virtutes, temperantia, justitia, &c.

per essen- 3. Bonum est vel per essentiam, quod indepens
siam. denter à sua propria essentia habet bonitatem, à se
& ex se, ut Deus. vel per participationem, quod
per parti- suam perfectionem habet ab alio dependentem, que
cipatione. ratione omnia extra Deum bona sunt.

absolutè. 4. Bonum est, vel absolutè bonum, quod in se &
simpliciter habet convenientiam, Sic vera religio,
salus æterna, artes, sapientia, sunt absolutè bo-
na: Vel Bonum alicui, quod dirigitur ad alium,
dicitur autem bonum alteri non exclusivè, sed præ-
supponit bonum in se, ut bellum ducere, membra
putrida resecare.

Bonum

Bonum est. vel jucundum quod delectat, & a. jucundum.
morem sui conciliat, ut saltare, conversari cum a-
micis, summatim, omne voluptuosum est ju-
cundum: Vel Honestum, quod homini est con- honestum.
veniens, abq; ordine ad delectationem, sed solum,
quia per se decet, vel conveniens homini ut sic. sua
reitz disp. 10. Arist. lib. 2. Etb. cap. 3. & hac
ratione omnis virtus, & honesta actio dicitur
bona. vel Utile, quod prodest, conducit, & utile
commodum adfert. Sic navigare ob pecuniam lus-
trandam, mercaturæ operam dare, & similia,
homini utilia sunt.

Bono opponitur MALUM, quod est privatio Malum qd
perfectionis debite inesse. Swartz disp. 11,
sect. 1.

Malum dividitur i. in Malum naturale, quod Naturale
est defectus nature, & imperfectionem dicit in vi-
ribus naturalibus, ut Claudicatio, morbus, fe-
bris, sterilitas, &c. 2. In Malum morale, quod Morale
est omne vitium & peccatum, quodcumq; contra
bonas leges, divinas, & humanas, est, ut Avaritia,
injustitia, intemperantia.

Secundo, in Malum culpæ, quod est inordi- Culpæ.
natio, in actione vel omissione libera: Seu carentia
perfectionis debite, secundum actionem liberam,
per quam *ἄσπλαγ* homo contrahit culpam, quomodo
omne peccatum & omne vitium est malum culpæ,
ut Homicidia, blasphemia, adulteria.

Et Malum pœnæ, quod est carentia boni, per Pœnæ
culpam.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:
1308.1698.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.
(303. v. g. 2.)

culpam contracta, h. e. est ipsa poena, que infligitur ob malum culpae, ut Pectis, annona caritas, bellum, dolores, morbi, &c.

Abolutum.

Tertio, in Malum absolute, quod in sola privatione positum est, ut Peccata, morbi, vitia, &c. Vel Malum alicui, quod hujus vel alterius rei naturae repugnat, licet alias posset esse bonum quid, ut Amigdale vulpibus, non autem hominibus. Sic aqua homini, quatenus homo in ea vivere non potest, ac pisces.

Regula.

- 1. Omnia bonum appetunt.
- 2. Omne bonum communicativum sui, quoddam libere, quoddam necessario.
- 3. Omne quod est, in quantum est, bonum est, scilicet, Entitative.
- 4. Malum non est nisi a causa particulari, secundum & deficiente.

CAP. VI. De Actu.

Actum est hucusque de Affectionibus Entis unitis, Uno, Vero, Bono, jam sequuntur affectiones disjunctae, immediate: quae proxime ex Ente sine ullo alio attributo fluunt, & sic in ipso immediate fundantur, ut sunt Actus & Potentia, principium & principiatum, Causa & Causatum, Necessarium & contingens.

Actus ha.

ACTUS est, qui dirigitur ad potentiam eamque perficit: vel Actus est, consummatio, completio & perfectio alicujus potentiae.

* De voce Actus notetur, quod primo aliud sit, esse actum: & esse actu. Esse actum, est esse perfectionem alicujus, sive esse principium, quod res est; Esse actu, est quasi affectio & motus Entis nempe constitutum esse extra nihil, & suas causas, h. e. illud dicitur esse actu, quod vere existit. Secundo, Actus sumitur vel Respectu, quatenus importat ordinem

Actum ad potentiam, & per eum definit aliquid esse in potentia, si in ea fuerit. Vel Absolute, prout in se est actuale quid, & non potentiale, quamvis nihil aliud actu, ut Deus. Tertio, vox Actus primo significat actionem, sive operationem, activitatem, vim agendi, ut ex conjugatis ejus apparet. Postea nomen hoc translatum est ad significandam quamvis perfectionem, etiam absolutam, quomodo Deus dicitur Actus perfectissimus, propter summam perfectionem.

Est autem 1. Actus vel Purus, qui excludit omnem potentiam passivam. Vel est tale, & tam perfectum Ens, quod nullam habet potentialitatem ad recipiendum aliquid aliud perfectionis & Entitatis, ut est solus Deus. Vel Impurus, cui semper aliquid potentiae passivae admixtum est, talis actus est omnis creatura.

Actus purus

Impurus.

Deinde Actus est vel Primus, qui dicitur ipsa rei forma, quae neque importat operationem, neque negationem operationis, sed ab utraque est praecisa. Vel Actus primus est cujusque rei essentia, unde alia qua operatio prodicitur. Vel Secundus, est operatio ipsa proveniens ab essentia rei, vel aliqua forma, ut ratiocinatio, ambulatio, locutio.

Primus

Secundus

Porro Actus est vel Formalis, quod ipsa forma esse dicitur, ac perfectis completisq; entibus suum esse distinctum communicare. Vel Entitativus qui respondet potentiae obiectivae, & est ipsa existentia rei, h. e. vera rei positio extra nihil.

Formalis

Entitativus

Tandem Actus est vel Signatus, quod res universales considerantur, & ita universali suo signo exprimuntur, sicut in Logicis consideratur Genus, Species, Syllogismus, vel Exercitus, quod

Signatus

Exercitus

que vis res in singulari cognoscitur. vel prout in singularibus multiplicatur. Sic entia dicuntur considerari in actu exercito, quando particulariter considerantur, prout sunt in certa materia.

Essentia. Ulterius dicitur Actus alius Essentia, qui rem ita actuat, ut ejus essentia constet, que definitione representetur, ut in homine actus essentia est, esse animal rationale. Et Existentia sive Subsistentia, est q, modus subsistendi ultimus, quo non tantum aliquid quidditative esse dicitur, sed etiam in certa propria materia existere sumitur, ut humanitas Petri, Pauli. Dicitur in specie Philosophis Suppositivitas in brutis: Personalitas in rationalibus.

Operam. Ultimo dividitur Actus, in Imperatum, qui non producitur a voluntate, sed ab aliis potentiis ordinantibus eum, ad voluntatis imperium. Elicitum, qui immediate producitur, & causatur ab ipsa voluntate. Adequatum, qui dicitur actus ipsius Intellectus, apprehendens objectum totaliter. Scotus idem dist: Qu est. 1.

* Cujus est actus, ejus etiam est potentia. 2. Posito actu primo, non statim inferatur secundus. 3. Posito actu secundo, necessario inferatur primus. 4. Negato actu secundo, non statim negandus actus primus.

CAP. VII. De Potentia.

Potentia quid.

POTENTIA est affectio entis, qua aliquid esse posse intelligitur. Item, Potentia est attributum entis, quo illud potest actuari, per aliquem actum. Scheibl. lib. 1. Met. c. 14.

* Notandum hic est, aliud esse, Potentiam esse, hoc enim significat vim & aptitudinem, per quam aliquid esse potest.

Et aliud in potentia esse, istud autem notat illud quod nondum est, sed tamen esse potest, adeoque adhuc est in suis causis. 2. Vocabulum Potentia sumi vel Transcendentaliter, hoc est tam late prout cum suo opposito, nempe actu, dividit omne ens, & certae alicujus categoriae terminis non cohibetur. Vel Praedicamentaliter, prout solum illam potentiam comprehendit, quae est in secunda specie Qualitatis, & haec continetur sub potentia transcendentali.

Potentia duplex.

Potentia Transcendentalis dividitur in ACTIVAM & PASSIVAM.

ACTIVA potentia est vis sive facultas agendi in aliud, in quantum aliud: Sive potentia activa est, quae virtute continet aliquem affectum, illum q, potest producere: Mendoza disp. 2, sect. 2.

ACTIVA potentia distinguitur primo in Infinitam & Finitam. Infinita (alias Omnipotentia) est attributum Divinum essentiale, quo Deus omnia potest facere, quae rationem possibilitatis, habent, & contradictionem non involvunt.

Potentia Activa duplex. Infinita.

Quae Infinita potentia duplex est, Absoluta, quae Deus simpliciter omnia potest, quaecumq, vult, ut excitare filios Abraham ex lapidibus: creare mundum ex nihilo. Et Ordinata, quae Deus agit modo ordinario, per certa media ab ipso instituta. Vel Ordinaria potentia est, quae ad aliquod attributum divinum determinatur, & super illud, fundatur, nimirum vel ad misericordiam, justitiam, sapientiam, quae potentia, quia Deus agit ordinario modo multa non facit, quae alias absolute posset, ut salvare mundum, &c. Jacob. Mart. Ex. Metaph. 3. Theor. 8.

Absoluta. Ordinaria.

Finita.

Finita potentia est, quae limitatur & terminatur in

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303.19.2.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.
(303.19.2.)

tur in certo, adeoq; definito factibili, ita ut non omnia possit facere & producere, sed quaedam saltem.

Rationalis. Estq; haec Potentia vel Rationalis seu libera, quae indifferens est ad utrumq; oppositorum; vel: quae positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere & non agere, ut homo ambulare, & non ambulare. Vel Irrationalis sive Naturalis, quae ad unum tantum est determinata, & alteram tantum contradictionis partem respicit, ut in Igne vis urendi.

Passiva potentia. PASSIVA potentia est, secundum quam aliquid pati potest ab alio; vel: quae recipere potest aliquam formam & haec tantum creaturis tribuitur, nullo autem modo Deo.

Passiva potentia est Naturalis. Ceterum Potentia Passiva est vel Naturalis, quae viribus naturae, cum generali Dei concursu potest produci ad actum, Fonseca. 7. el Obedientialis (quae analogice ita dicitur) quae aliquod actuari potest praeter naturam, ab agente, vel Naturali vel Supernaturali, talis potentia est in aqua, ut possit ex ea fieri vinum, respectu infiniti agentis, & in ligno ut possit ex eo fabricari Mercurius.

Proxima. Tandem Potentia Passiva dicitur vel Proxima, cui immediate respondet actus; vel Remota, in eam quam, & actum mediat alius, atq; intercedit actus: vel demq; Obiectiva, quae est non repugnantia rei ad essendum, Mendoza disp. Phys. 2. lect. 2. alias dicitur potentia Logica.

1. Quod est aliud de Potentia, in actum mutatur. 2. Potentia non excedit suam obiectam adaequatam. 3. Contradictoria illo modo.

modo possunt fieri: quia involvunt esse & non esse. 4. Quantum quidvis habet essentiae, tantum & potentiae.

CAP. VIII. De Principio & Principiato,

Principium est id primum, unde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur. Aristot. lib. 5. Met. c. 1. **Vel Principium est id, a quo (vel unde) aliquid procedit, quocunq; modo.**

Principium quid.

* Requisita quae ad naturam principij pertinent, Sunt 1. ut sit aliquo modo prius eo, cuius est principium. 2. ut sit aliqua connexio inter illa, vel consecutio unius ad alterum, Sic infans heri natus, licet, sit prior eo, qui hodie natus est, non tamen dicitur principium eius, quia inter illos nulla intercedit connexio.

* Vox Principij late patet, & multifariam dicitur 1. Principium dicitur, unde aliquid primum movetur, Sic Aurora est principium diei. 2. Unde aliquid optime fit, aut factius ut sunt prima praecepta Grammaticae. 3. Unde aliquid primo fit, ita ut insit, vel sit pars rei, sicut fundamentum in domo, Cor in homine. 4. Unde aliquid primo fit, ita ut non insit, vel pars existat rei motae, sicuti Pater & mater respectu prolis: Convictum ratione pugnae. 5. Unde res primo fit nota: Sic Suppositiones, propositiones immediatae, Differentia axiomata, dicitur principia demonstrationis. Differentia Principium ab ipsa causa, tanquam latius a strictiori; Nam, omnia a Causa omnis quidem causa principium est; sed non omne Principium Causa, uti docet Aristot. lib. 4. Metaph. Principium namque omne dicitur quod refertur ad posterius, & unde aliquid oritur, aut est, aut movetur, aut cognoscitur quocunq; modo: Causa vero insuper infert realem influxum ad esse causati.

Ambiguitas vocabuli principij

Tandem vox Principij accipitur vel Negative, vel Positive illo modo dicitur quod negat antecessionem alterius prioris, Sic filius primogenitus dici potest principium respectu succedentium filiorum. Isto vero modo dicitur, quando habet respectum anterioris cum ordine ad posterius aliud. Principium est

Bz

1, vel

Regi nyomtatványok Bratislava Jyzeum: 1303. (16. j.)

Principiū duplex. 1. *vel essendi, à quo aliquid fit, aut habet ut fit, dicitur essendi principium, quia confert ad essentiam rei, vel producendam, vel constituendam, vel conservandam, ut Materia, forma, efficiens.*

Physicum. *Subdividitur in Physicum, quod ad constitutionem corporis naturalis pertinet: Et Metaphysicum, quod in mente conceptus quidditativos distinctè constituit.*

Dependens. *2. In dependens, quod ab alio dependet, tum in esse, tum operari, dicitur principium secundum quid, & Independens, quod simpliciter est primum, dicitur q³ Principium absolute primum, ut est solus Deus.*

Cognoscendi. *2. vel Cognoscendi, quod facit ad cognitionem alicujus rei, sive est talis ratio inferendi, ex qua tanquam per se nota innotescit aliud.*

Naturale. *Cognoscendi principium subdividitur in Naturale quod omnibus hominibus conascitur, ut Jus suum cuique tribuendum: vel Supernaturale, quod revelatione divinã constat, ut S. Sacra, exindeq; deductæ conclusiones, Homo justificatur fide.*

Supernaturale. ** Cognoscendi Principium iterum, est & dicitur 1. Acquisitum quod homo experiendo, cognoscit, aut agendo & laborando. 2. Practicum, estq; nihil aliud, quam judicium rectæ rationis. 3. Theoreticum, quod supra definitum est.*

Acquisitum. *Principium cognoscendi (sive cognitionis) est vel Complexum, diciturq; propositio immediata, dirigens mentem in cognitione rerum, causarum & modorum. Vel Incomplexum, atq; supponitur pro notitia sola, per se simplici extra compositionem consideratã, in quam omnes alij conceptus compo-*

compositi resolvuntur, v. g. Verbum Substantivum EST, per quod omnis affirmatio disponitur, ex hoc oritur.

Principium complexum Generalissimum, quod est primum illud, & per se notum, absolute & universaliter verum: Impossibile est simul esse & non esse. 3. Metaph. cap. 3. & affirmatio cum negatione non possunt de eadem re simul esse veræ: adhibitis particulis omnibus, quæ ad veram contradictionem pertinent, 1. Soph. cap. 4. & 5. Item Impossibile est contradictionem simul de eodem veram esse. lib. 3. Metaph. cap. 6. Item, affirmatio & negatio, oppositæ, non insunt simul eidem, lib. 1 post cap. ult.

Postremo dividitur in Causale, quod habet verum influxum in aliud, est idem quod causa: vel Non causale, quod habet rationem principij citra influxum causalem, sic privatio dicitur principium corporis naturalis, non causa, &c.

COGNATUM Principij est ipsum PRIUS, quò aliud alio prius esse dicitur 1. vel Tempore, quod est antiquius & vetustius. 2. Naturã, quod in naturali essendi ordine antecedit. 3. Ordine, quod ante aliud subsequens est dispositum, situm & collocatum, 4. Dignitate, quod est melius & prestantius. 5. Cognitione, quod est notius & facilius. Hujus oppositum est POSTERUS, quod tot modis dicitur, quot PRIUS.

Ad Principium refertur ejus Relatum vide licet

Generalissimum

Causa & Non Causale

Prius sicut tura

Tempore

Naturã

Ordine

Dignitatẽ

Cognitione

Principij principium quod

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.
1303. (19. 2.)

licet ipsum principiatum, quod tot modis dicitur quod ipsum Principium, & definitur hoc ipsum, quod ordinem habet ad Principium, tanquam posterius ad prius.

Regula. 1. In Principiis non datur progressus in Infinitum. 2. Principia essendi, sunt etiam principia cognoscendi. 3. Contra negantem principia non est disputandum scilicet ex illa disciplina cuius negat. 2. Si communissima & prima neget, tum in sensu incurrentia, &c. Principia prima non possunt demonstrari aut probari directe, intellige Universalia & communia, nisi ad certum genus disciplinae redigantur: nihilominus tamen ad versus protervum adversarium probari possunt Indirecte, videlicet ostensive, vel per Impossible, lib. 1. Poster. cap. 3. & cap. 5. lib. prior. c. 36. 4. Principium de se nihil infert, nisi prioritatis respectum ad posterius. 5. Principia invicem non sunt confundenda, sed distinguenda, &c.

CAP. IX. De Causa & Causato in genere.

Causa quid. CAUSA est principium importans influxum ad esse causati, h. e. Causa est tale principium, quod dat esse alteri, (hac definitio intelligenda est de causa per se)

Causalitas quid. * Causalitas est ratio formalis causae. Est autem aliquid formaliter causas non quando potest causare, sed quando actu causat: Vel Causatio sive Causalitas, est influxus ille seu concursus, quo unaquaeque causa in suo genere actu, influens in effectum. Suarez disp. 12. sect. 12.

Causa x-quivoca. Vox Cause accipitur 3. latissime, prout recipi procatur cum principio, & hac ratione Arist. lib. 3. Metaph. c. 2. privationem vocat causam. 2. nimis strictè accipitur pro efficiente ut lib. 3. de anima cap. 5. rex. 17. 3. Vox cause sumitur proprie & in media significatione, prout respectum habet ad causatum, sic sumitur lib. 4. Met. c. 2. & hac acceptio est huius loci.

Causa in Actu vel Potentia. Causa dicitur primò vel Actu, quae actu & vere influit in causatum, vel Potentia, quae actu

non influit in causatum, habet tamen potentiam influendi. [& hac proprie non est causa.]

Secundò, Causa vocatur Vera, quae verè & realiter influit in esse effectus; & sine qua non, quae licet non habeat verum influxum in esse effectus, effectus tamen sine ea esse vel fieri nequit. Vera sine qua non

Tercio dicitur Totalis sive solitaria, quae ita influit in effectum, ut non concurrat alia causa ejusdem ordinis in eodem genere causandi: vel Partialis, sive sociata, quae influit in effectum, concurrente simul alia causa ejusdem ordinis in eodem genere actionis. Totalis Partialis

Quarto causa est vel ordinaria, quae consuetò & proprio suo modo agit, ut Sol semper movetur &c. vel Extraordinaria, quae præter & supra naturam institutum agit, nec usitatum ordinem observat: e. g. extraordinaria causa erat, quod Sol in pugna Jovis, non pergeret. Ordinaria Extraordinaria

Quintò, Causa est vel Remota seu mediata, quae aliis intervenientibus ad effectum producendum, concurrat ut Sol in generatione hominis dicitur causa remota: Vel Proxima seu immediata, quae immediate vel proxime concurrat ad effectum producendum, e. g. Sartor vestis causa proxima est. Remota Proxima Subordinata

Sextò, Causa est Subordinata, vel Essentia: si er, quae duae causae ejusdem generis, ita sunt affectae inter se, ut altera ex natura sua pendeat ab altera, in causando, Fonseca lib. 2. cap. 2. q. 1. Vel Accidentaliter, quae duae causae ejusdem generis ita sunt dispositae invicem, ut altera aliquo modo ab altera pendeat, non tamen in causando. Et non subordinata, quae neque sua natura in causando nec alio modo ab altera dependet. Ac. 1. sensu; causaliter

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 11
1308. 19. 21.

Adæquata. septimo, causa est vel adæquata, quæ cum effectu convertitur, & æquè late patet cum effectu, ut rationale est adæquata causa visibilitatis & docilitatis: Vel Inadæquata, quæ effectui est inæqualis, & cum eo non reciprocatur: ut Materia respectu hominis.

Inadæquata. Regula 1. Nihil est causa sui ipsius. 2. Causa prior est effectu: si non tempore tamen naturâ. 3. Subiata causa tollitur effectus. 4. Qualis causa, talis effectus, scilicet intelligendæ de Causis Univocis: Essentialibus attributis. 5. Causa causæ est etiam causa causati: nempe essentialiter subordinatis, & necessariò dependentibus. 6. Quicquid est in effectu, præexistit in causa, intellige, de perfectione effectus: item, de inessentialia vel formali, vel virtuali, eminentis aut analogica.

Causatum quid. CAUSATUM dicitur, quod ex causa sua esse suum habet, vel quod à causis suis dependet.

CAP. X. De Materia.

Materia quid. MATERIA est id, ex quo quippiam fit, eo pacto, ut insit Arist. lib. 2. Phys. cap. 3. Vel, Materia est principium internum, quod per potentiam passivam sive receptivam, in rem influit.

Effectus Materia. Ubi primò notandum Effectum Materie esse vel Primarium & adæquatum, quod dicitur ipsum compositum, adeoq; primariò intenditur: vel Secundarium & inadæquatum, estq; forma, que in composito sicut pars continetur & causatur à Materia propter compositum: Forma enim à Materia ratione potentie passive dependet, & è potentia materie educitur: Ergo Materia est causa forme, & forma causatum Materie: Deinde causalitas Materie tum respectu Formæ, tum respectu composito

Causa materia in

compositi est, vel in Fieri, estq; generatio, non tamen ut est actio, & importat dependentiam ab agente, sed ut est passio, & dicit dependentiam à Materia: (Actio & passio eadem est Entitas, dicitur enim a suo ut concipitur tanquam dependentia à potentia activa: Passio verò appellatur ut respicit patiens, & importat dependentiam à Materia) vel in Facto esse, & est unio inter Materiam & Formam, prout illa unio sumatur ex parte Materie, b. e. prout subjectivè est in Materia, & dici potest receptio Forme & per eam, ut sic, non forma, sed Materia perficitur.

* Vocabulum Materie 3. modis accipitur. 1. latissimè, pro modo determinati eo quod potentiale est, adeoque ab alio perfici, & citur. terminari potest, ut Genus hoc modo dicitur Materia, respectu differentie, quod per istam contrahitur, tanquam per formam. 2. Strictius, ut per analogiam etiam accidentibus tribuitur. Sic Objectum disciplinæ, vocatur Materia circa quam. 3. Strictissimè, pro essentiali parte alicujus Compositi, ex qua illud fit & constat.

Materia distinguitur variè, primò in Primam que est & dicitur Aristot. 1. Phys. primum subiectum ex quo inexistente res fiunt, & in quod ultimo resolvuntur: Et secundam, que ita est Materia alius, ut ipsa constet ex alia materia priori: ut Compositum.

Secundò, Materia est vel permanens, ex qua aliquid est, vel fit, salva manente ejus essentia: Sic ex auro fit poculum. vel Transiens, que in generatione compositi ita mutatur, ut aliam formam inducat & pereat, Sic ex ovo fit pullus: ex farina panis.

By

Ter-

Regi nyomtetvényok, Bratislava Lyceum. 1308. 14. 2.

Proxima Tertio, Materia est Proxima, ex qua aliquid
Remota immediate est, vel fit, Sic conum est proxima Ma-
teria calcei, &c. vel Remota, ex qua mediante
alia Materia aliquid est vel fit: vel, que ita est ma-
teria alicujus ut sit prius materia alterius. Sic ele-
menta sunt remota materia metallorum, termi-
ni Syllogismorum, &c.

Sensibilis Quarto, Materia est vel Sensibilis, estq; ipsa
Substantia habens qualitates sensibiles, h. e. que pri-
mo & per se sunt objecta aliquorum sensuum, son-
Intelligibilis cin lib. 6. quest. 11. vel intelligibilis, diciturq;
ipsa substantia considerata absq; qualitatibus sensi-
bilibus, ibid. Dicitur intelligibilis, quia ab intelec-
tu, intellectione, per abstractionem perficitur.

In qua Quinto, Materia est, vel In qua, diciturq; sub-
jectum in quo aliquid est, vel fit, vocatur aliis
Circa qua Subjectum inhaesionis, ut Cygnus est Subjectum
albedinis, vel circa quam estq; objectum; circa
quod agens versatur. Alias Subjectum tractatio-
nis dicitur, ut Materia circa quam, visus, est co-
lor

Productio Sexto, Materia alia est productionis, ex qua
aliquid fit & producitur, ut ex semine sive gras-
Compositio no fit triticum. Alia Compositionis, ex qua cons-
tit materiatum, ut forma & Materia respectu
compositi, sunt Materia compositionis.

* Ratio caufandi materiae est potentia passiva sive receptiva.
2. Materia est determinabilis. 3. Quod caret materia ex-
pers est passionis.

FORMA est causa interna, per quam res consti-
tuitur in suo esse: Vel Forma est Substantia que
dam simplex & incompleta, que ut actus materiae,
cum ea constituit essentiam substantiae compositae,
swaretz: disp. 15. sect. 5.

Causalitas Formae duplex est, prior est respectu Prior.
Materiae, quam auctuat, determinat perficit, poster- Posterior
rior respectu ipsius compositi, & est dare illi esse,
hoc est essentiam, & actualem existentiam, nec non
ad certam entis speciem restringere, & ab aliis om-
nibus separare.

Forma multipliciter dicitur: Primò vel Infor- Forma in-
mans, que unione Physica conjungitur Subjecto, formans
Mendoza. ut Anima respectu corporis. Vel Als Assistens,
sistens, que nullam habet unionem physicam cum
ipsa re cui assistit sed tantum propinquitatem ad illam
movendam, ut Navia respectu navis.

Secundò, est substantialis, que cum Subjecto, Substanti-
sive Materia, quam informat, constituit compositi- alis,
situm per se, pertinetq; ad predicamentum substan-
tia, ut Anima. Vel Accidental, estq; accidens Acciden-
in abstracto consideratum, constituens cum Subjecto talis,
unum per accidens, ut albedo in corpore, &c.

Tertio, Totalis que informat omnes partes alie Totalis,
eius continui heterogenei ut Anima cuius informat
omnes partes animalis: Vel Partialis, que non Partialis,
continuum heterogeneum, sed aliquam ejus partem
informat, ut forma canis, forma ollis, forma cutis.
Quarto,

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 11
1303. 19. 2.

Phyfica. Quarto, dicitur Forma vel Phyfica, & est al-
Metaphy- tera pars compositi contradistincta à materia, estq;
fica. Forma proprie dicta. Vel Metaphyfica, estq;
Materialis ipsum totum, vel quidditas & essentia totius, ut Hu-
manitas, hæc improprie dicitur Forma.

Quinto, Forma dividitur in Materialem, que
à materia dependet, ita ut naturaliter extra eam
esse non possit, ut sunt omnes formæ, excepta ani-
ma rationali vel immaterialem, que citra ma-
teriam apta est existere, ut Anima rationalis.

Immate- Sexto, in Genericam, que effertur predicato
rials generico. Et Specificam, que effertur predicato
Genericu. Specifico, e. gr. albedo in lacte forma Specifica di-
Specificu. citur, color veru & qualitas sunt formæ genericæ.

Regulæ. Ratio causandi formæ non est aliquod accidens, sed ipsa ejus
Entitas, nimirum potentia informandi. 2. Per formam est
resid quod est. 3. Forma dat esse rei. 4. Vnius rei unica est
forma, scil. Specifica.

CAPI De Causa Efficiente.

CAUSA efficiens est id, unde primum princ-
ipium est mutationis & quietis, Arist. c. 3. lib.
Causalitas 5. Met. cap. 2. vel Causa efficiens est principium
quid per se influens esse in aliud, sine mutatione sui, ex
precisa ratione influxus, Mendoza.

Causalitas efficientis est actio, hæc enim est
forma per quam denominatur agens: Ergo erit etiam
forma, per quam denominatur efficiens, quia a-
gens & efficiens sunt idem.

* Tres conditiones requiruntur ad Causalitatem efficientis,
1. ut id quod patitur, sit certo modo diversum ab agente.
2. Id quod patitur sit contiguum agenti, live intra Sphæ-
ram adivitatis. 3. ut agenti non sit simile prorsus.

Causa efficiens est multiplex. Alia enim est vel
per se, que virtute propria producit effectum: vel
Causa per se est, à qua directe pendet effectus,
secundum illud proprium esse, quod habet in quan-
tum effectus est, swaretz disp 17. sect. 2. vel per
accidens, que non producit effectum per se, verum
per accidens jungitur principio per se causandi &c.
ut cum Musicus dicitur Architectus.

Porro Causa efficiens est vel Naturalis, que
ad unum oppositorum determinata absq; deliberati-
one, & semper eodem modo si non impeditur, agit,
ut ignis urit. Vel Voluntaria seu libera, que u-
trinq; respicit oppositionum, scil. pot agere &
non agere.

Tandem Efficiens causa est vel Phyfica, que
revera influit esse in effectus, tales causæ sunt &
naturales & liberæ. vel Moralis, que imputa-
tivè solum influit in effectum, tales sunt causæ
applicantes agens ad patiens. item, consulentes,
precipientes, rogantes.

Demde Causa efficiens est vel Principalis, à
qua directe & primario, per virtutem principa-
lem effectus producit; Sic Deus est causa prin-
cipalis nostræ salutis. Vel minus principalis,
que in agendo cooperatur cause principali, ut
sunt qualitates formarum substantialium in pro-
ductione rerum Physicalium.

Causa efficiens ulterius dicitur vel Prima, que
à nullo dependet, ab ipsa tamen dependent alia om-
nia, ut est solus Deus. vel Secunda, que ab ali-
a alter

Causa ef-
ficientis per
se

Per acci-
dens.

Naturalis

Volunta-
ria

Phyfica

Moralis

Principa-
lis

Minus
principalis

Prima

Secunda

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (19. 2.)

causa se priore pendet, Qualis est omnis creatura.

Universalis. Dehinc Causa efficiens est vel Universalis, quae ad plures effectus producendos indistinctim concurrat, ut Deus, Sol, caelum, astra, vel Particularis, quae determinate certum producit effectum, ut homo producit hominem, leo leonem.

Solitaria vel socia. Et haec est vel Solitaria, quae sola effectum producit, ut Christus ratione redemptionis, vel socia, quae cum alia ejusdem ordinis & generis producit effectum, ut duo equi trahentes currum.

Impulsiva. Causa efficiens minus Principalis est vel Impulsiva, quae principali cause inservit movendo & impellendo illam: dividitur in Internam sive *ενθυμειν*, quae intus movet ad agendum, & externam, sive *περιπατητικη* quae extrinsecus movet ad agendum, vel Instrumentalis, quae tanquam instrumentum assumitur a principali causa, & ad ejus effectum producendum dirigitur, sic pena est Causa instrumentalis respectu scribentis.

Instrumentalis.

Coordinatae. Causae efficientes dicuntur vel Coordinatae, suntque ejusdem ordinis & gradus in causando, ut sunt causa socia, vel subordinatae, quae ita conjunguntur in producendo effectum, ut in diverso ordine causando agant, qui ordo reperitur, inter causam particularem & universalem, tum particularem primam & secundam.

Subordinatae. Tandem Causa efficiens dicitur vel juxta immediationem Virtutis, quando illa propria & insit virtute, nulla alia media interveniente, agit, & effectum producit, talis causa dicitur ignis respectu

Quae appositae aquae, & Sol respectu corporum, quae calefacit: vel Immediationem suppositi, quando inter ipsam causam efficientem, & ipsam subjectum, nullum aliud suppositum sive Singulare per se subsistens, est interjectum; & hoc modo, aqua manum, quam abluit, refrigerare dicitur.

Præterea efficiens est & dicitur vel per transmutationem, quae transmutando quasi, vel agendo in aliud producit aliquem effectum, ut natura respectu generationis Physicæ: Vel per Emanationem, à quâ emanat & fluit effectus sine transmutatione aliqua, talis efficiens dicitur anima respectu facultatum, substantia ratione accidentium.

Ultimò efficiens dicitur Univoca, quae ejusdem rationis sive speciei est cum effectu, ut homo generans hominem, vel Æquivoca, quae specie ab effectu differt, ut Sutor a corio.

Univoca.
Æquivoca.
Regulae.
Ratio causando efficiens est potentia activa. 2. Causa efficiens eodem modo se habens semper producit idem. 3. Omnia quae agunt, in virtute primi agentis agunt. 4. Causa causae est etiam causa causati nempe in essentialibus subordinatis, in quibus necessitas datur dependenti in causati & causae.

CAPUT XIII, De Fine.

Finis quid

FINIS est causa, cujus gratia res est Arist. 2: phys. cap. 3. & 4. Metaph. cap. 2.

Causalitas finis duplex est, Una respectu efficientis, quod ducit, movet, & ad effectum producendum sui, seu boni alicujus, desiderio alicui: est ergo fundamentum finis, propter quod appetitur, & cujus gratia agens agit, bonitas in rebus sive vera, sive apparens: Altera Finis causalitas, respectu medio-

Handwritten symbol or flourish.

Handwritten number 8.

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum: 1308. (19. j.)

mediorum est, prout illis amabilitatem, bonitatem, ordinem & mensuram conciliat.

Terminationis. Finis primò est vel terminationis rei, qui non est causa finalis, sed ultimum extremum, cujus rei, ut punctum lineæ. vel Motionis agentis, qui est id propter quod aliquid agit, & hic finis dicitur **Motionis.** Causa finalis.

Secundò, Finis est vel s, sive cuius est q, ipsa res in qua ratio boni invenitur: vel ut Pacius loquitur est id, cuius consequendi gratiã laborat agens, Sic finis cuius curationis, est sanitas: vel q sive cui, & est adeptio illius boni, seu usus illius rei, ut Finis medicationis cui est egrotus.

Formalis. Tertio, Finis est vel Formalis, est q, actio circa aliquod objectum: vel **Objectivus.** & est ipsum objectum actionis: ut finis ultimus formalis hominis est clara Dei visio, objectivus est ipse Deus.

Ultimus. Quarto, Finis est ultimus, propter quem alia appetuntur, ipse verò propter nullum aliud, & est vel simpliciter ultimus, propter quem alia in universo sunt omnia, ipse autem prorsus propter nihil aliud, ut Deus, Dei gloria: vel ultimus in suo genere, propter quem omnia sunt, que in aliquo genere vel serie continentur, ipse autem propter nihil eorum est, que sub eo genere vel serie continentur: Sic Philosophiæ Theoreticæ finis ultimus est cognitio, Practicæ verò operatio. **Intermedius.** Intermedius, propter quem ita aliquid est, ut ipse

etiam

etiam sit propter aliud, talis finis, & Finis ipse est, quatenus propter ipsum aliquid est, & est quod quæ medium, quatenus ipse propter aliud est.

Quintò, Finis dicitur vel Principalis ad quem omnia opera, omnesq; actiones agentis tendunt, & hic tantum Unicus est. Vel Minus Principalis, qui ad principalem tendit, & ad illum consequendum est necessarius, tales unius rei possunt esse plures, &c.

Principalis.

Minus principalis.

Sextò, Finis est vel Externus, qui dicitur principalis & nobilissimus, quia actionem ultimò terminat, & agentis intentionem plene satiat: hic tamen finis sepius abesse potest ab ipsa actione: ut Piscium captura, in piscatione. vel Internus, qui in ipsis artibus, earumq; operationibus manet, & ab eis nunquam divellitur, ut est ipsa Piscatio in arte piscatoria, &c. Jacob. Mart. in Ex. Metaph. Exerc. 4. Thes. 6.

Externus.

Internus.

Ratio causandi Finis est solum bonum, sive revera tale sit, sive apparens, quia solum bonum est ratio, sub qua aliquid appetitur. 1. Finis causat sive movet, non secundum esse intentionale, sed secundum esse reale. Sive illud esse actu vel potentia tale sit. 2. Finis est primus in intentione, & ultimus in executione. 3. Unius rei tantum unicus est Finis, scilicet, Principalis & Ultimus.

Hucusq; de Causis, ex quibus Causati natura facile intelligi potest: Desinitur verò quod sit id, quod ex causis esse suum habet: Estq; quadruplex juxta dependentiam à Causis. 1. EFFECTUM, quod à causa efficiente dependet. 2. FINITUM, quod à fine pendet. 3. MATERIATUM, quod à materiã pendet. 4. FORMATUM est quod

C

à se

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1303. (179. p.)

14. Pars Generalis, Caput XIII.
à forma pendet. Cæterum horum divisiones facile intelliguntur ex distinctionibus causarum suarum, &c.

CAP. XIV. De Necessario & Contingente.

Necessarium est, quod non potest aliter se habere.

Necessarium quid.
Equivocatio.
Necessarium complexum.

* Necessarium quot modis dicatur, Hispanus hisce Versiculis exprimit:
Vtile, Perpetuum, Sustainens, & Violentum,
Quatuor expressè, vox denotat ista NECESSE.

Necessarium dicitur vel Complexum, estq; enunciatio vera & necessaria, quæ nullo modo potest esse falsa: ut Homo est risibilis. Quod insuper dupliciter consideratur vel Formaliter, & fit ratione habitudinis terminorum, ut in modalibus, de quibus Aristot. 1. prior Analyt. vel Materialiter, accipiturq; pro vera & necessaria connexionè prædicati cum Subjecto in re ipsa, ut Homo est animal.

Incomplexum.

Vel Incomplexum, quod rebus ipsis inest simplicibus, simpliciq; termino immutabilitatem importantè effertur, ut Deus, Angelus, Cælum, Sol, &c.

Absolutum.

Necessarium Incomplexum est vel Absolutè tale quod simpliciter non potest non esse, & plane nullam ut corrumpatur causam habet, Tale est solus Deus. Vel secundum quid, & dependens, quod simpliciter quidem esse potest & non esse, propter dependentiam à primo Ente, à nullâ tamen causa naturali & creatâ destrui potest, hoc modo necessarium.

Secundum quid.

r. o

18

riò homo est animal rationale, & ignis urens: Huc refertur Necessitas Physica, quæ est in rebus naturalibus, oriturq; ex dependentia cause & effectus necessariâ. sic Necessitate Physica Sol semper movetur, nec potest non moveri, nisi divisionis impediatur.

Physica.

Necessarium porro (Physicum) est & dicitur, vel ratione Efficientis, quando effectus indissolubili nexu coheret cum efficiente, ut Sol necessariò efficit diem. Vel Finis, quod ad finis affectu nem exigitur, quamvis in se sit contingens, & tum fieri, & non fieri possit, sic diligentia respectu eruditionis, bellum respectu hostium, &c. dicuntur necessaria. Vel Formæ, quod propter formam immutabiliter se habet. Sic homo propter Formam (animam) est rationalis, docilis, risibilis, &c. vel Materiæ, quando aliquid inest immutabiliter propter materiam. Sic homo necessariò est corruptibilis propter mixtionem Elementorum.

Necessarium efficientis.

Finis.

Formæ.

Materiæ.

Necessarium deniq; aliud est, vel Necessitas consequentiæ, quando consequens non est necessarium nisi posito antecedente, ita tamen ut tam antecedens quam consequens sint in se contingentiæ, Sic hæc necessitate necessaria dicuntur scandala, posita videlicet malitiâ mundi. sic dum aliquis sedet, necessariò sedere dicitur, posito quod a se sedeat. Vel Necessitate consequentis, quando tam antecedens quam consequens est in se necessarium, estq; propriè dicta & absoluta necessitas, quæ consistit in essentiali nexu cause & effectus.

Consequentiæ.

C2

Aristo

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum. 11
1303. (19. 2.)

Ant. And. 5. Met. q. 4. ut si homo est animal, necessario est sensibilis,

Absolutum.

Necessarium ulterius dicitur vel Absolutum, cuius oppositum includit contradictionem. Vel Suppositione, quod proprie est rerum contingentium: quae necessaria dicuntur, quod positis quibusdam, necessario sequantur alia.

Ex Suppositione.

Contingens quid. Duplex.

CONTINGENS est, quod potest se aliter habere, ut Sedere, stare, ambulare.

Universalis.

Particularis.

Contingentia primo alia est Universalis, & dicitur conceptus, quo illa formaliter, & Idealiter in ultima abstractione spectatur: Alia Particularis, quae Ens determinatum contingenter si habet, vel ad esse aut operari.

Intrinsicca.

Tandem contingentia alia est Intrinsicca, & dicitur ipsa libertas voluntatis, quae contingere & non contingere potest.

Extrinsicca.

Alia Extrinsicca, quae contingit rei per accidens, quatenus ab extrinsicca vi, mutatur, vel impeditur, &c.

Equalit.

ut plurimum.

rarò.

Ultimo Contingens aliud dicitur Equalitèr, quod aequè contingere potest, aliud ut plurimum, quod frequentius contingit, aliud rarò, quod rarò accidit.

Regulae.

1. Omne, quod est, quod non est, necessè est esse. 2. Omne Ens est necessarium vel contingens. 3. Necessitas absoluta, excludit omnem contingentiam. 4. Omnis necessitas & Contingentia, à causis proxime futuris. 5. Quod fit naturæ ordine, necessario fit scilicet necessitate simplici & Physica. 6. Contingentiam & libertatem rebus qui adimit, is Deum peccati auctorem constituit. 7. Divina praesentia non tollit rerum contingentiam. 8. Necessitas naturalis sive Physica, solius Dei omnipotentia auferri revera potest. Ioh. 10. 13. Dan. 3. 27

CAPUT XV. De Dependente & Independente.

DEPENDENS est quod ab alio tanquam priore pendet, & proprie esse suum ab alio effective habet, hoc modo omnis creatura, dicitur Ens dependens.

Dependens quid.

Est autem dependentia vel Subjectiva, quae definitur quod sit habitudo, sive respectus ad identitatem, ad suum Subjectum, sine quo esse nequit, ut quantitatis ad corpus. Vel Objectiva, quae aliquid dependet ab alio tanquam objecto, quomodo omnes habitus dependent à suis subjectis. Vel Fundamentalis, quae infert dependentiam relati à suo Fundamento, ut Dominus à Dominio.

Subjectiva

Objectiva

Fundamentalis

* Vbi nota, distributionem hanc, dependentia esse magis ampliam & analogicam, quam proprie & strictè dictam, videlicet eum ista tantum proprie dependentiae effective adaptetur.

INDEPENDENS est Ens, quod non eget aliò priore, ad suum esse à quo effective sit, aut dependeat, id est, vel simpliciter & absolute, tale est uti solus Deus. vel in certo genere & modo independentiae, sicut Substantiae respectu accidentium dici possunt Independentes.

Independens quid.

- 1. Omne Dependens est ab alio creatum, factum & finitum. 2. Quicquid dependens est, id posterius est eò, à quo dependet, scilicet effective.

Porrò doctrinae de Dependente & Independente esse vel à se, subicitur à Metaphysicis id quod dicitur, esse, vel à seipso, vel ab alio. Item, Creatum & Increatum, de quibus breviter, Ens à se dicitur, quod

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (19. 2.)

quod non habet ordinem ad aliud, à quo sit, vel dependeat, estq; Solus DEUS.

Vbi observandum, Præpositiones A vel Ab, dupliciter sumi: 1. Latius pro habitudine quacunque rerum, quæ cum ordine concipiuntur: Sic Essentia divina in filio dicitur à patre nempe ratione ordinis & communicationis. Iacob. M. in disp. Metaph. 2. Strictius, quando A. vel Ab, tantum designat habitudinem principij effectivi, uti in aliis omnibus rebus dependentibus.

Ens ab alio.

Ens ab alio, dicitur, quod habet ordinem ad prius, à quo est & dependet in esse, h. e. quod effectivè ab alio tanquam à causa dependet: quos modo omnis creatura à DEO.

Increatum quid.

INCREATUM Ens est, quod in se habet negationem omnis dependentiæ: ordinatum verò ad hoc, ut ab ipso omnia dependeant quæ sunt extra ipsum, quomodo iterum solus Deus est Ens increatum.

Est autem creatio nihil aliud, quam productio Entis, è non pre-existente materiâ, ab infinita virtute facta.

Creatum.

Creatum ens est, quod ab alio est per Creationem, sive id, quod primitivè è nihilo est productum à Deo, tanquam à primò & infinito Ente: ordinatum ad certam speciem, terminatumq; ad certum individuum.

Regulæ. 1. Nihil est aut fit à se ipso, scilicet effectivè. 2. Ens à se dicitur, quod non est factum ab alio. 3. Quicquid creatum est, ab alio est dependens. 4. Omne creatum est ab increato. 5. Quod increatum est, à se fit necessum est. 6. Increatum non est, nisi unum. 7. Omnia infra Deum dependent à DEO, tum in FIERI, ratione creationis, tum in ESSE, ratione conservationis, tum in OPERARI, ratione generalis influxus & concursus, &c.

CAP. XVI. De Simpliciter & Composito.

Fluerunt Affectiones Immediate, sequuntur jam ex

ex ordine Mediatæ, quæ ex primis oriuntur, ipsiq; Mediatæ. Enti conveniunt, mediante Unitate, Veritate, & Bonitate, ut sunt: Simpliciter & Compositio, Totalitas & Partialitas, Universalitas, & Singularitas, &c. de quibus jam ordine.

SIMPLEX est, quod non potest resolvi in quid. plura: Vel simplicitas dicit negationem Compositionis, swaretz disp. 30. sect. 3.

Simplicitas sumitur dupliciter, Primò, prout opponitur ipsi Composito formaliter: Hoc modo si sumantur simplicitas & Compositio sunt differentie essentialis Entis. 2. Ut proponitur divisibili quo ipso tamen modo etiam composito opponitur, non tamen sub ratione compositi, sed ut divisibile est. Hoc modo si sumantur simplicitas & Compositio, sunt differentie accidentales & affectiones Entis. 2. Vox Simplex ambiguit dicitur, 1. Vulgariter, quatenus opponitur dolo & fraudi Matth. 10. 2. Sumitur, quatenus populariter, opponitur prudentiæ. 3. Simplex illud dicitur, quod omnem commissionem, emneque ascititiam quocunq; modo excludit.

Simplex sive simplicitas variè dividitur, 1. in Absolutum simpliciter, quod expers est omnis compositionis, neq; ullo genere compositionis compositum est. Verum Entis nobilitate simplicissimum dicitur, ut est solus Deus, vel in certo Genere, quod non respicit omnem Compositionem simpliciter, sed aliqualem compositionis speciem: quomodo omnes Angeli, Spiritus & Actus puri dicuntur simpliciter Entia, respectu compositionis Physicæ.

Insuper quid simplex sit & quod simplex, ex ratione Compositionis facile innotescit.

Compo.

Regi nyomatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. 11. 9. 2.

Compositio
No quid

COMPOSITIO ergo dicitur, simul positio, vel Coniunctio plurium rerum unum tertium constituentium: Compositum autem erit partes illae, quae compositione afficiuntur. Mendoza Phys. disp. 6. sect. 1.

Nomen Compositio sumitur 1. pro ipsa actione, qua aliqua componuntur, estque idem quod mixtio, h. e. actus uniuersi, quo quidem modo accepta compositio, non est a iis essentialibus compositio. 2. Pro termino actionis, estque aliquid intrinsecum composito, eiusque ratio formalis, & dicitur unio: & sic accipitur in praesente Materia.

Realis-

Compositio est & dicitur vel Realis, cuius extremae sunt realia, realiter a se invicem distincta: vel Rationis, estque cognitio componens atque coniungens duo obiecta ratione distincta, e quibus resultat tertium, Mendoza Log. disp. 4. sect. 3.

Rationis-

Materia & Forma-

Secundo, Compositio est vel ex Materia, & Forma, diciturque Compositio essentialis, omnibus corporibus propriae conueniens: vel Subiecto & Accidens-

Subiecti & Accidentis-

quae omni creato inest, prout illud praeditum est certis accidentibus ab ipsius essentia realiter distinctis, dicitur compositio per accidens.

Ex partibus
integrantibus-

Compositio denique dicitur vel ex partibus Integrantibus, & quantitativis propriae dictis, ubi una pars quantitatis est extra aliam, ut in continuis & discretis quantitativis: vel ex partibus per analogiam: quomodo Philosophia ex duabus constat partibus: Theoretica nempe & Practica.

Analogia-

Natura & Supposito-

Quarto, Compositio est vel ex Natura & Supposito, (creatis Suppositis propria) qua essentia creata substantialis coarctatur, per modum superadditum ad esse personae, vel suppositi, sic omni homo

homo est compositus ex natura & superaddita suppositualitate. vel ex esse & Essentia, quae habet rationem & proportionem actus & potentiae, includitque & quo aliquid esse dicitur, tum ipsum quod sit, ut homo & humanitas. Estque saltem compositio rationis.

Ex esse & Essentia-

Illud, Compositio dicitur esse ex Genere & differentia, prout rem concipimus ut communem magis, & differens ab aliis: Vel quatenus latius quoddam contrahibile est per differentias oppositas, & haec compositio datur in omni specie & Ente creato, Sic homo componitur ex animali & rationali. alia dicitur Compositio Logica.

ex genere & differentia-

1. Simpliciter est summus Entitatis gradus. 2. Quo quid simplicius conobilitus. 3. Quae sub Deo sunt, suo modo composita sunt. 4. Ens increatum & infinitum nullo modo est compositum. 5. Compositio est nomen multiplicis Imperfectionis.

Regula-

CAPUT XVII. De Toto & Parte.

TOTUM est quod habet omnes partes sibi debitas & proportionatas: vel Totum est, cuius nulla pars abest eorum, ex quibus natura dicitur: & quod ita continet ea quae continentur, ut illa sint Unum, Arist. lib. 5, Metaph. c. 26.

Totum quid-

Duo ad naturam totius requiruntur, 1. Pluralitas quaedam, ut per partes constituatur. 2. Partium in toto unio: ita enim debent plura illa contineri ut sint unum.

Totum sextuplex dicitur: Essentiale, Intellectuale, Universale, Numerale, Potentiale, & Perfectionale. Totum Essentiale est compositum ex partibus constituentibus intrinsece essentiam per modum actus & potentiae, tale est omne corpus:

Totum sextuplex-

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1303.19.8

Phy sicum. pus: diciturq; iterum dupliciter, vel Physicum, cuius partes sunt realiter distinctae, ut materia & forma respectu compositi, vel Metaphysicum, seu Logicum, cuius partes sola ratione distinguuntur, ut Species respectu Generis & differentiae.

Totum integrale est, quod continet plura constituenta ipsum realiter, non per modum actus & potentiae, sed per modum continuitatis, vel contiguitatis & colligationis, Sic homo constat ex carne, capite, collo, &c. Est vel Similare, quod constat ex partibus ejusdem rationis sive essentiae, ut aqua. Vel Dissimilare, cuius partes essentia differunt, ut oculus, &c.

Univer sa le. Universale totum est, quod continet partes Subjectivas sub se actu, vel aptitudine, de quibus predicatur: ut Genus respectu Specierum, dicitur vel Univocum, quod aequè primò participatur à speciebus, ut Animal, vel Analogum, quod ab una specie primò ab alia consequenter participatur, ut Ens ad Substantiam & Accidens.

Numerale. Numerale totum, est numerus comprehendens pluralitatem aliquorum numerorum, ut Duodecarius, &c.

Poten tiale. Totum potentiale seu potestativum, quod constat ex multis potentiis, tanquam partibus, quas actu continet, ut Anima respectu facultatum.

Perfec tio nale. Perfectionale est, quod attenditur secundum complementum perfectionis substantiae individualis, Vel Totum perfectionale est, quod ponit perfectissimum, perfectissima substantiae complementum: tribuit

tribuitur soli Deo, qui simpliciter totus dicitur absq; omni parte.

Pars opponitur Toti, tanquam incompletum, Pars quia completo & definitur, quod sit portio totius, quae una cum aliis sibi respondentibus est apta constituere totum.

Sunt autem partes vel Essentiales, quae essentiam rei intrinsecè constituunt, quarum una sublata ipsa quidditas rei aufertur, ut Anima rationalis, & corpus respectu hominis: Vel Integrales, quae integritatem & essentiam rei complent, per unionem, sive cohesionem continuam, quarum una sublata tollitur equidem compositi integritas, non autem essentia sive quidditas: tales partes sunt, caput, venter, pedes, &c.

Partes integrales sunt vel Homogeneae sive similiares, quarum Substantia sive essentia est eadem cum toto, ut quavis particula carnis caro est: Vel Heterogeneae sive dissimiliares, quae in partes plures essentia differentes sunt dividuae, ut Caput, cor, epar, sunt partes hominis heterogeneae.

Partes dissimiliares sunt vel Principales, sine quibus totum esse aut conservari nequit, ut in homine cor, caput: Vel Minus Principales, sine quibus totum salvum esse potest, ut sunt digiti, brachia, &c. Reliquae partes, non proprie tales dicuntur, quae aliis totius generibus attribuantur, Universali & Potentiali, verum κατὰ ἀναλογίαν & proportionem quandam de iis dicuntur.

Totum est majus qualibet sua parte, mole, perfectione, & facultatibus. 2. Posito toto necesse est poni omnes partes totius.

9

totius: 3. Vnum idemque diverso respectu potest esse pars & totum. 4. Sublato toto auferuntur omnes partes, 5. Sublata una parte integrali, non statim auferitur totum. 6. Sublata pars essentiali, destruitur totum. 7. Quod nullius est partis, absurde tribuitur toti.

CAP. XVIII. De Eodem & diverso, sive Identitate & diversitate.

Idem quid

Idem est, quod consistit in Negatione divisionis, vel distinctionis a se sive ab eo, cum quo idem esse dicitur, Suarez disp. 7. sect. 3. Vel Identitas est res una, explicata uno aut pluribus conceptibus, Mendoza disp. Met. 6. s. 1.

Relativè

Nomen hoc Idem sumitur 1. vel Relativè sive formaliter, quando importat relationem: Et quicquid hoc modo dicitur idem, sibi ipsi vel alteri dicitur idem, in quo maximè ab unitate distinguitur: Unum enim est conceptus absolutus, Idem verò respectivus.

Negativè

2. Negativè sive fundamentaliter, quando id dicitur idem: quod non est ab aliquo diverso seu distinctum: & hoc modo fere nihil differat ab uno, nisi quod Unum dicat negationem divisionis in se: Idem verò divisionis negationem a se, sive ab eo, cum quo idem esse dicitur.

Identitas

Identitas dicitur 1. vel Generica, estque illorum que conveniunt in uno communi genere, aliàs dicitur ὁμογενῆ, ut Homo, Leo, idem sunt in animali: Vel Specifica, quæ individua ejusdem Speciei conveniunt in eadem specie, ut Petrus, Paulus idem sunt specie humana.

Numerica

Secundò, Identitas est vel Numerica, tribuiturque illis, quæ unum sunt numero, ut Petrus juvenis

nis, & Petrus senex. vel Analogica, competens illis, quæ in uno predicato, secundum proportionem de iis dicto, conveniunt, sic idem Analogia sunt Caput hominis & Christus. Membra hominis & Ecclesia.

Analogica

Tertiò, Identitas est vel Causalis, quæ duo Entia, vel plura conveniunt respectu cause Efficientis, vel Materie, vel Formæ vel Finis. Sic duo fratres habent identitatem respectu parentum, &c. Vel Effectiva, quæ duo Entia vel plura respectu alicujus effecti conveniunt, ut duo equi trahentes currum: Vel Subjectiva, quæ duo accidentia idem dicuntur esse subjecto, quia in uno eodemque subjecto sunt, ut Albedo, superficies, quantitas, in pariete.

Causalis

Effectiva

Subjectiva

Quartò, Identitas dicitur esse vel Suppositiva, quæ distinctæ & diverse nature conveniunt in Uno supposito, sive in una persona, ita quidem ut unum constituent ὁμογενῆ, ut in ferro ignito suppositaliter unum idemque sunt ignis & ferrum, &c. Vel Essentialis, quæ identificantur plures uni esse Singulari, idque duobus modis. Primò, Quando plures (modi) identificantur essentie purissimæ, ita tamen ut realiter inter se differant, realem verò identitatem habeant in esse singulari communi, Sic Personæ divinitatis sunt unum essentialiter & idem. Secundò, quando concurrunt quedam intrinsecè ad constituendam essentiam altiuscujus ut Animal & rationale abolvunt essentiam hominis.

Suppositiva

Essentialis

Cognit

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (19. j.)

COGNATA Identitatis sunt SIMILIA, & ÆQUALIA.

simile. Similia sunt, quorum qualitas est una, ut homo & bulla sunt similia ob fragilitatem.

Equalis. Æqualia sunt quorum quantitas est una, ut Gemelli & coetanei sunt æquales in tempore vitæ.

Diversitas quid. DIVERSITAS est inter illa, quæ distincta, sine contradictione aut esse aut concipi possunt, si ve id fiat à solo intellectu, vel fundamentò præsuppositò.

Diversa tantum. Diversa autem vel diversa tantum, quæ per totam essentiam differunt, ita ut in nullo genere communi conveniant, ut Deus & Creaturæ: vel Diversa differentiæ. Diversa differentiæ, quæ propriè differunt per aliquid sui, ita tamen ut conveniant in aliquo genere univoco, sic diversæ species differunt per diversam formam.

sine pugna cum pugna. Diversa porro dicuntur vel sine pugna, ex quibus oritur Distinctio: vel cum pugna quæ infert oppositionem, de quibus in sequentibus Cap.

Quæ in uno tertio sunt eadem inter se sunt eadem, scilicet in uno tertio incommunicabili re & ratione: 2 Idem manens idem, semper natum est facere idem. 3. Simile non est idem. 4 De iisdem ut iisdem idem ferendum est iudicium. 5 Idem non potest esse simile & dissimile, secundum idem.

CAP. XIX. De Distinctione.

Distinctio quid. Distinctio est unum conceptum non esse alium, Mendoza disp. 6. Met. vel Distinctio est diversitas, quæ res vel præter mentis nostræ operationem differunt: aut ab ipsa mentis operatione rebus distinctio imprimatur: unde omnis distinctio

vel

vel est juxta rem ipsam, & à parte rei, vel juxta rationem.

Distinctio in Genere dicitur REALIS, vel Duplex RATIONIS.

Distinctio Realis vel strictè ita dicitur & realis strictè rigorosè, estq; diversitas inter res positivas & reales, quarum una non est alia, ita distinguuntur Ignis, aqua. Vel Realis per Analogiam, quæ est inter modos diversos, & inter oppositas relationes, quarum una est incommunicabilis alteri, licet non semper sint distinctæ res, neq; etiam in distinctis diversisq; Entibus: Sic distinguuntur Actus & potentia. Necessarium & contingens. Scharff. disp. 14. Metaph.

* Vbi primò nota signa distinctionis Realis absolute esse: 1. quando duæ res sunt in diversis Suppositis, & quando non ununtur. 2. Realis separabilitas. 3. Ratio causæ, quæ ab effectu suo realiter differt. Secundo, observandum terminum REALE, esse, non univocum sed Analogicum, qui primò dicitur de iis, quæ inter se differunt, tanquam res & res. Secundario, quatenus attribuitur etiam modis Entis diversis & oppositis relationibus, licet non semper sint distinctæ res vel in distinctis Entibus. Scharff. Theor. Trans. disp. XIV

Porro, Distinctio Realis est vel Essentialis, illorum quæ Essentiâ vel Genericâ vel specificâ differunt, ut Corpora, Spiritus, cælum, elementum. Vel Suppositalis, illisq; tribuitur, quæ Suppositi diversitate distant, sive sint ejusdem speciei, sive non. Sic omnes res singulares differunt suppositaliter. Deinde distinctio Realis dicitur vel Causalis, & eorum est, quæ causis differunt vel internis vel externis. Sic Formâ distinguuntur homo a brutis: Vel Subjectiva, quando acciden. Subjectiva

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. (19. 2.)

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 11
1303.19.2.

**Acciden-
talis.** *Realiter distinguuntur subjectis: ut albedo in
cygno & pariete. vel Accidentalis, quando
Subjecta diversis accidentibus distinguuntur, ut
Doctus ab indocto.*

**Lationis
distinctio.** *DISTINCTIO Rationis est, quae formaliter
& actualiter non est in rebus, quae sic distinctae de-
nominantur, prout in se existunt, sed solum prout
substant conceptibus nostris, & ab illis denomi-
onem aliquam accipiunt, Swartz disp. Metaph.
7. s. 1.*

Pura. *Est autem haec distinctio vel Rationis purae,
(aliis rationis ratiocinantis) quae non habet funda-
mentum in re, verum oritur solum ex operatione
intellectus, prout mens nostra distincte concipit,
quae in re ipsa sunt unum & idem, uti dextrum &
sinistrum in Columna. Vel Rationis Eminens-
tis, quae non plane fit & fingitur a mente, sed ali-
quale fundamentum habet extra rationem, in effica-
cia, virtutibus & effectibus rei: sic in igne distin-
guimus operationes diversas, item, In Sole:
Ita in DEO attributum unum distinguimus ab al-
io: dicitur aliis, ut Thom. Cajet. Distinctio Vir-
tualis. Vel distinctio propter eminentiam ex natu-
ra rei.*

Formalis. *Huc refertur Distinctio Formalis, quando una
essentia continet duas realitates formaliter extra se
in vicem positas, sic affectiones Entis formaliter
distinguuntur ab ipso Ente, ut Unitas, Veritas,
Bonitas. et Modalis, quae entia per modos, seu
ipsi modi cum inter se, tum ab entibus distinguuntur*
Fonsca

Modalis.

Fonsca lib. 5. c. 6. sic differunt Essentia & Ex-
istentia, Subsistentia & Inherentia, tarditas
& velocitas, motus.

1. Distinctio, quae non habet fundamentum in re, nulla est. 2. Regulae
Quae habent diversas Essentias distinguuntur realiter, non
contra 3. Non omnis distinctio Realis est Essentialis. 4.
Modalis distinctio tantum revera datur in rebus creatis 5.
Distinctio rationis non est Ens rationis, sed distinctus di-
versorum modorum in una re conceptus. 6. Qui bene di-
stinguat bene docet.

CAPUT XX. De Oppositione.

OPPOSITIO est repugnantia aliquorum
non permittentium se simul & semel in uno
Subjecto respectu ejusdem. Oppositio
quid.

Vocabulum Oppositionis sumitur: Generalis-
ter, pro quacumque diversitate, vel repugnantia res-
rum seu extremorum, & hoc modo idem est Op-
positio quod diversitas & distinctio. 2. Magis pro-
priae & strictae pro repugnantia inter certa & desti-
nata extrema, peculiari habitudine inter ea inventa.
Oppositio dividitur in Negativam, quae est in-
ter extremum positivum, negativum & privati-
vum, quo referuntur Contradictoria & privati-
va. Et positivam, cujus extrema sunt positiva, spes-
cies ejus sunt Contrariae & Relativae opposita. Negativa

Oppositio Contradictoria, est pugna inter Ens Contradi-
ctoria.
& non Ens, vel inter puram affirmationem & puram
negationem, ut homo, non homo, Estque vel Expli-
cita, quando expresse aliquid esse & non esse dicitur
simul, ut sedere non sedere. Vel Implicita, quando
alterum membrum per alterum evertitur: dicitur
contradictio in adjecto: ut ferrum ligneum. Privativa

Oppositio privativa, est pugna inter habitum
D sca

304
seu formam & privationem, ut Visus, cœcitas, Scientia & ignorantia.

Subiectum habile.

Trias sunt requisitæ huius oppositionis 1. requiritur Subiectum habile, b. e. quod sit aptum ad recipiendum habitum.

Determinatio partis.

2. Determinatio partis, b. e. ut privatio sit in ea parte, in qua per naturam inesse potest habitus.

certi temporis.

3. Determinatio certi temporis, b. e. prout tempus à natura est statutum.

Oppositio contraria.

Oppositio contraria est pugna inter duos terminos absolutos, qui ita inter se distant, ut se mutuò expellant è communi subiecto, in quo successive possunt esse, nisi alterum insit à natura, ut Calor & frigus.

Oppositio Relativa est pugna inter duo relativa opposita, quorum unum non est alterum, ut Pater, Filius; Dominus & Servus.

Regule:

- 1. Inter Contradictoria non datur medium.
- 2. A privatione totali ad habitum non datur regressus naturaliter.
- 3. Contraria non possunt esse simul in eodem subiecto, scilicet in gradu excellenti.
- 4. Contraria sub eodem genere maxime distant.
- 5. Repugnantia non possunt tribui eidem eodem modo & respectu.

CAP. XXI. De Universali & Singulari.

Universale quid?

UNIVERSALE est cuius entitas divisibilis est, in plures entitates adequatè tales, qualis est ipsa: vel UNIVERSALE dicitur quod secundum unam aliquam rationem multis communicatur seu in multis reperitur. Swartz disp. 5. § 2.

Universale variis modis dicitur 1. In causando, quod universaliter causat, est quæ nihil aliud quam causa universalis, quæ plura producit effecta, ut:

Deus,

Deus, cœlum, in representando seu significando, quod est vox vel nomen, vel imago, vel species

plura representans. 3. In prædicando, quod potest de pluribus prædicari.

4. In Essendo, quod aptum natum est pluribus inesse.

Hoc proprie ita dicitur est, huius loci.

* Duo requiruntur ad Universalis naturam, 1. Unitas, hoc est Omne Universale est unum quid; Hæc autem unitas non competit objecto, quod universale dicitur, à parte rei sed per conceptum intellectus. 2. Communitas, sive aptitudinalis multiplicitas, h. e. ut sit in multis, ut & ipsum sit multa, quia multiplicatum est ad numerum eorum, quibus inest, atque hoc universali competit à parte rei citra mentis operationem.

Ceterum Universale est vel Actus, quod dicitur

natura communis jam abstracta & per mentem concepta ut universale quid, aliàs dicitur Universale post multa abstractum & Logicum, ut sunt

omnia Genera & Species: Vel Potentiâ est quæ

natura communis in Singularibus radicata, quæ

apta nata est, per abstractionem mentis, Universaliter & Communitè formari, vocatur aliàs univ-

erse in multis, Concretum, Physicum, ut animal prout est in Leone, cane, equo, homine.

Porro Universale est vel Simpliciter tale, quod distinctè & abstractè concipitur, & Singu-

larizatum, quod in singularibus exhibetur, & in

certo individuo representatur, ut quando natura

Generis, (animalis) representatur in aliquo individuo, Petto, &c. Demde Universale est vel

Univocum, quod equaliter suis inferioribus inest, & Analogum, quod uni primario competit, reliis

Analogueis

Deus, D 2 quis

Regi nyomtatványok Bratislava Lyceum

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1308. (9. j.)

132. Pars Generalis. Caput XVI.
quis verò secundario, prout res diversimodè ab intellectu concipiuntur. Vide pag. 7. de Conceptu & Analog.

Singulare quid. SINGULARE seu Individuum est, quod indivisibile est, in plura talia, quale est ipsum: Vel Singulare dicitur, quod ita est unum Ens, ut secundum eam Entis rationem, quã unum dicitur, non sit communicabile multis ut inferioribus & sibi subjectis, aut quæ in illa ratione multa sint. Swartz l. d.

Cum hic frequenter disputari solet de principio Individuationis à metaphisicis, tenendum est ex Jacob. Mart. Exerc. Met. Ex. 9. Theor. 3. Individuum non esse à se rōde ti, neq; existentiam, sive rei ultimum actum & complementum, neque Hæccitatem Scoti Principium Individuationis esse, neq; accidentia, neq; certam aliquam multorum collectionem, neq; materiam: Verum cum substantiæ singulares sint in duplici differentia, Materiales nimirum & Imateriales; Materialium perhibetur ipsa forma specifica communicata materie, esse principium Individuationis: istas verò esse singulares & Individuas per actum suum proprium simplicem, &c.

Regulæ 1. Omne quod est eò ipso quia est Singulare est. 2. Universalia à singularibus nequãquam sunt separata. 3. Omne Universale est multiplicabile in plura inferiora divinum existentia. 4. Universalia propriè dicta, non sunt extra mentem, verum sunt ab intellectu, per abstractionem præcisionis, non Realem, aut Negationis. 5. Omnis Substantia completa & singularis est Incommunicabilis, scilicet ad aliam completam substantiam, & ad modum communicabilitatis, qui universalibus proprius est.

* 3 *

CAP. XXII. De Communicabili & Incommunicabili.

Doctrinam de Singulati vel Individuo sequuntur ea, juxta mentem metaphisicorum, quibus Ens denonatur Communicabile vel Incommunicabile.

COMMUNICABILE ergo dicitur res, quæ communi alijs communicatur, vel à quã participat aliud, sive ad fiat quoad possessionem, sive contingat quoad usurpationem.

Communicatio est vel Realis, quã plura realiter distincta, de uno communi participant, ut quando calor ignis communicatur ferro: Vel Intellectuales, quando subjecta non sunt realiter distincta, dicitur *κοινωνία κατὰ μέθεξιν*, Sic propria Generis communicantur Speciei.

Communicatio Realis hæc est vel Unius Essentia, ad distincta supposita, quando una numero essentia & indivisa est communicabilis multis suppositis, ut Essentia divina est communis tribus personis, sine multiplicatione essentia, propter summam simplicitatem, & infinitam perfectionem. Vel Interaccidentia diversa, quando duo accidentia vel plura in uno subjecto concurrunt atq; ununtur, atq; de illo prædicantur, ut album & dulce, &c.

Vel tertio inter Substantiam & Accidens, quando id quod accidenti per se competit, tribuitur etiam Substantia propter inbasionem accidentis. Datur porrò Communicatio realis inter Substantiam.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum. 17
(308. 19. 2.)

54. **Substantias diversas, easq; vel separatas vel Conjunctas. Inter Substantias separatas tribus modis fieri potest Communicatio 1. Secundum transgressionem, qua communicatum, derelicto communicante transit in illud cui communicatur, diciturq; κοινωσια κατὰ μετέθεσιν, ut sonus ex ore pastoris communicatur auditoribus. 2. Secundum productionem aut effectiorem alterius similis, qua in eo cui communicatur, producitur simile aliquod, quod erat in communicante, dicitur κοινωσια κατὰ ἀπόθεσιν. Sic Pater communicat filio corpus, animam, &c. 3. Secundum usurpationem, qua alteri aliquid communicatur quoad usum, dicitur κοινωσια κατὰ χεῖρην, sic amicorum bona sunt communia.**

secundum transgressionem.

secundum productionem.

secundum usurpationem.

Inter Substantias conjunctas, & ad unum suppositum unitas, communicatio est, qua propter unionem id, quod unius est proprium, alteri tribuitur & confertur sine sui multiplicatione aut transfusione, ad communem possessionem, usurpationem & denominationem, talis communicatio est inter ferrum & ignem, Materiam & formam, corpus & animam, &c.

Incommunicabile quid.

INCOMMUNICABILE est tale Ens, quod aliquam communicationem speciebus dictis non admittit, & tot modis sumitur, quot modis ipsum communicabile.

Regula.

1. Communicatio realis non statim est Essentialis. 2. Non omnis communicabilitas repugnat individuo: potest enim effecti communicari & cum alio uniri. 3. Omne bonum sui communicarium realiter, & intentionaliter, tum quoad usum, tum quoad possessionem.

CAP. XXIII. De Finito & Infinito.

FINITUM est, quod certis terminis & limitibus ita est conscriptum, ut in illis finiatur, vel Finitum quid. tum est, quod habet fines vel terminos essentiae.

Finitum est & dicitur vel ratione Essentiae ita ut aliquando non fuerit, vel aliquando possit non esse, Sic omnis creatura est finita, restricta & limitata essentiae, &c. Vel ratione perfectionum, virtutum, & operationum, quando agens deficit in operando, nec sua operatione omnia assequi valet, ita omnes creaturae finiuntur in determinatis operationibus.

ratione essentiae.

ratione perfectionum.

Finitum porro dicitur vel in duratione, quod non est aeternum, adeoque aliquando capit, indeque vel est in aeo, ut Angeli: Vel in tempore, ut Corpora naturalia initium & finem habentia. Vel in praesentia, quod definitur & circumscribitur ad determinatum spatium, intra quod est & non extra illud, atq; sic naturaliter nec est in multis, neque in omnibus locis.

in duratione.

in tempore.

in praesentia.

INFINITUM est, quod in suo ambitu comprehendere non possumus, Scalig. Exerc. 6. sect. 2. Vel Infinitum proprie significat id, quod caret limite, fine, & termino. Mendoz ab hys. disp. 13. §. 11.

Infinitum quid.

Infinitum est vel juxta durationem, cuius successione, sive prioris sive posterioris ratio sub numerum venire non potest. Idq; tum ab omni parte, tum a parte ante, quam a parte post, uti solus Deus. Vel a parte post, tantum, quia principium durationis

juxta durationem.

Regi nyomtatványok Bratislava Lyceum 1308. 10. 2.

nis habuit, uti Angelus. vel juxta quantitatem, eamque tum continuam, quae quasi in infinitum extendi potest, ut linea & discretam, quae semper augeri potest, ut Numerus.

virtute vi
gore. Vel demum tertio Infinitum dicitur Virtute vi-
gore & perfectione, quod non habet fines perfe-
ctionum & virtutum. Estque vel simpliciter tale,
quod in se continet omnes gradus perfectionum, uti
est Deus infinitus simpliciter virtute, quatenus
nihil est e possibilebus, quod sub ejus virtutem non
cadat. Hinc Deus Infinitus est & ratione poten-
tiae, 2. ratione scientiae, 3. ratione bonitatis, 4.
ratione durationis, 5. ratione ubi-tatis & adese-
sentiae. Quia ipse in essentia infinitus est, eum etiam
in operationibus & attributis, & perfectionibus
infinitum esse oportet: Vel secundum quid in
certo genere, aut juxta intensiorem, ut in gra-
dibus virtutum, aut extensionem, ut in extensio-
ne & multiplicatione rerum.

Secundum
quid.

Regulae. 1. Quae sunt alia Entia à primo Ente, Finita esse necessum est.
2. Finitum potest à non esse infinitum. 3. Non infinita nequeunt
esse in natura, neque extra naturam.

CAPUT XXIV. De Duratione & Ubie-
tate: sive esse alicubi.

Affectiones Entis actualis necessarie, tam infiniti,
quam finiti, prohibentur à Metaphysicis Duratio
& Ubietas, de quibus breviter.

Duratio
quid.

DURATIO est permanens Entis in existentia,
Scheibl. lib. 1. Met. cap. 16.

Estque triplex, Aeternitas, ævum & Tempus.
Aeternitas

Aeternitas est duratio prorsus indefectibilis, & Aeternitas
interminabilis. secundum quam res durans nec prin-
cipium, nec finem habere potest, competique soli
Deo.

Ævum est duratio, secundum quam durans, potest
habere initium, sed ex se non habet finem. com-
petique Angelis, & animae humanae.

Tempus est duratio undique defectibilis, secundum
Tempus, dum quam res & principium, & ex se finem habere
potest, talis est duratio Elementorum, hominis,
bestiarum, &c.

Duratio aliàs dicitur vel Permanens, vel Suc-
cessiva.

Duratio permanens est duratio Entis perma-
nentis, ut duratio Dei, essentiae Angelicae vel
corporalis.

Duratio successiva, est duratio Entis successivi
ut duratio Motus.

1. Duratio non consistit formaliter in mensurabilitate: obstat
enim duratio infiniti Entis. 2. In aeternitate nulla sunt du-
rationes successivae. 3. Angeli, & anima rationalis, sunt in
ævo. 4. Omnia corruptibilia naturâ suâ, in tempore durant.

ESSE alicubi nihil aliud est, quam praesens
esse spatio: vel Ubietas est modus secundum quem
res dicitur esse alicubi: modus autem dicitur,
quia est quaedam determinatio essendi, quatenus scilicet
licet per esse alicubi, essentia intelligitur, esse hic,
aut illic, vel ubique.

Phrasis alicubi esse sumitur dupliciter, primo
idem aliquando est, quod esse in ubi partiali &
determinato, Sic Deus non est alicubi. Secundo,

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum.

Sumitur Generalius, quatenus supponitur pro omni presentia, quae quid removetur ab ipso nusquam esse, & hoc modo Deus dici potest esse alicubi.

Tribus modis res quaedam alicubi esse dicitur:

Repletivè Repletivè, quae omnia ubi replet, sive quae est ubiq; nec per naturam aliter alicubi esse potest, qui modus solius Dei proprius est. Necessarioq; consequitur ex Infinitate & Immensitate Essentiae, quae Deus omnia penetrat & replet, omnibusq; rebus, spatiisq; praesens existit Jer. 23. 24. Reg. 8. 37. Psal. 139. 7. nulli prorsus creaturae communicabilis: dicitur alijs Ubiquitas.

Definitivè 2. Definitivè, quae naturam suam citra occupationem spatij, est hic & non alibi: Talis modus essendi alicubi convenit Angelis & animae rationali.

Circumscriptivè 3. Circumscriptivè, quae aliquod ubi nata est occupare, atq; excludere corpus aliud, talis modus adhaerendi convenit corporibus.

Regulae 1. Ubiquitas sive Ubiquitas infinita, Solius Dei attributum essentiale est nulli rei finitae communicabilis. 2. Ubiquitas differt ab Omnipraesentia, tamen ab illa differt & tunc ab angustiori. 3. Deus est ubiq; etiam in spatio extra mundum imaginariis. 4. Ubiquitas non determinatur formaliter per operationem transcurrentem. 5. Ipsam alicubi non est idem quod Vbi praedicamentale. 6. Omnis creatura est indeterminato quodam Vbi vel definitivè vel repletivè.

CAP. XXV. De Perfecto & Imperfecto.

Perfectum PERFECTUM est, cui nihil deest ad suam quae ei debebatur integritatem: Vel perfectum est, in quo nihil invenitur, per quod dicatur imperfectum, Avenroës lib. 5. Met. Cont. 21.

Perfe-

Perfectum generaliter sumtum est vel Absolutum, quod summam perfectionem habet, uti solus DEUS. Vel secundum quid & in certo genere, quod habet perfectionem naturae suae debitam. Sic creaturae dicuntur perfectae, quantum non deficient ab aliqua bonitate debita.

Absolutum

Secundum quid.

Porrò perfectio est vel Transcendentalis, quae Ens dicitur perfectum in sese, quatenus ipsi nihil deest in integritate essendi. Sic omnis Substantia quando est, essentialiter bona est. Vel Naturalis, quae rei nihil deest ad bona naturae, h. e. quod vires naturae obtinet perfectas, sic homo robustus & sanus est perfectus naturaliter, vel Moralis, estque ipsa virtus moralis, & honesta ejus operatio, quando nempe perfecto modo se habet. Sic homo continentèr justus, fortis, dicitur perfectus.

Transcendentalis.

Naturalis.

Moralis.

Perfectio deniq; est vel Quantitatis cui nulla quantitatis debita particula deest. Vel Virtutis, quae aliquid ritè & expedite suis fungitur operationibus Vel Finis, estq; ipsa fruitio finis, & completa ejus affectio. Sic Orator, Poëta perfectus dicitur qui id quod intendit asequitur.

Quantitatis.

Finis.

Tandem Perfectio est vel Partium, quae dicit totalitatem partium sibi debitarum. sic Logica illa perfecta est, quae non deficit in aliqua parte ad ipsam attinente, dicitur alijs Perfectio Essentialis. Vel Graduum, quae omnibus gradibus debite suae perfectionis gaudet, abundatq; quadam excellentia, sic qui excellit in Philosophia dicitur

Partium.

Graduum.

dicitur

dicitur perfectus Philosophus. Cicero perfectus Orator.

Imperfectio quid.

Oppositum perfectionis est IMPERFECTIO quae dicit defectum debite & essentialis perfectionis: Contingit autem vel in Quantitate, secundum excessum vel defectum. vel in Gradibus per admissionem contrarij. vel in Accidentibus variis, videlicet virtute morali, intellectuali, naturali, actionibus, &c.

Privativa.

Imperfectio est vel Privativa, quae est carentia debite inesse, ut Caecitas, surditas, claudicatio. vel Negativa, quae est carentia perfectionis, quae per naturam, inesse non debet in illo, cui negatur, dicitur alijs Imperfectio comparationis & respectiva: Sic arbor dicitur imperfectior homine, quod non possit loqui ut homo.

Regulae.

1. Dens est prima perfectio, atque adeo mensura omnis perfectionis. 2. Sui perfectionem quidvis appetit, citra sui corruptionem. 3. Non omnis imperfectio est vitiosa, videlicet quae est pure negativa. 4. Quo quid est perfectius, eo magis est Ens, magisque intelligibile ex se.

CAP. XXVI. De Completo & Incompleto.

Completo quid.

Completo dicitur illud, quod habet essentiam totalem in se se terminatam, adeoque non ordinatur ad perfectionem alterius, ut cum illo faciat Ens per se. sic omnis Species, & totum est Ens completum.

Completo vel dicitur Absolutè tale, quod ultimam suam perfectionem habet, ita ut ad alterius constitutionem ordinatum non sit, sic Homo, Angelus sunt Entia completa. Vel Comparatè, quod

quod per se ita subsistit, ut simul ingredi possit compositionem, ut Elementa, &c.

Completo denique aliud dicitur in Essendo, quod habet essentiam in se se terminatam & absolutam, ut anima. vel in Subsistendo, cuius Subsistentia non completur ab alio, adeoque habet Subsistentiam ultimam & independentem, quomodo Supposita & personae dicuntur completa Entia.

INCOMPLETUM est, quod essentialiter ad perfectionem alterius terminatur, ut partes essentialis, Materia & Forma, &c.

1. Completo in Essendo, potest esse incompletum in Subsistendo. 2. Ex duobus completis non fit unum per se.

CAP. XXVII De Absoluto & Respectivo.

ABSOLUTUM est, quod caret respectu ad aliud.

Absolutum dicitur vel à Causa, quod non habet ordinem ad causam à qua dependeat, uti est solus Deus. vel à Subiecto, quod non est in alio tanquam subiecto, ut Substantia. vel ab Obiecto, cuius esse non dependet ab alio tanquam Obiecto, ut Quantitas. vel Termino, cuius esse non terminatur ad aliud, quomodo omnia accidentia absoluta Quantitas, Qualitas &c. dicuntur excepta Relatione.

RESPECTIVUM Ens est, quod refertur ad aliud, & tot modis dicitur, quot Absolutum.

Respectus sive relatio est vel Prædicamentalis, diciturque modus realis habitudinis eorum quæ dantur

Regi nyomtatványok Bratislava Lyceum 1303.16.2.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. (19. j.)

Transcendentalis. dantur in predicamento relationis: Vel Transcendentalis, quæ essentialiter includitur in eo, cuius est ita Deus refertur ad creaturas.

Regula. 1. Absolutum idem est quod non dependens ab alio. 2. Omne respectivum fundatur in aliquo absoluto. 3. Relatio quæ relatio non componit sed distinguit. 4. Non omne respectivum est accidens. 5. Relatio Transcendentalis toto cælo differt à predicamentali. 6. Non omne respectivum est accidens.

CAP. XXVIII. De Permanente & Successivo.

Permanens quid. **E**NS permanens est, quod non habet partes in fluxu, unius ad aliam abeuntem. Ut omnis Substantia finita, Corpus, Qualitas, &c.

Ens Successivum. Ens Successivum est, quod habet partes sui esse in fluxu, quo partim abiit, partim est, partim erit, ut Motus & Tempus.

Regula. Vox Permanens dupliciter sumitur, 1. Quatenus denotat omnimodam perfectionem indestitibilem, atq; soli Deo tribuitur Psal 104. 2. Quatenus permanens cum duratione recurrit: & sic tribuitur & successivo. 3. Quatenus successivo opponitur, & significat Ens, quod omnes partes sui esse se habet simul.

1. Quicquid est Ens successivum id debet habere partes. 2. Ens successivum non potest partes habere simul in eodem permanente. 3. Omne Ens successivum est continuum.

CAP. XXIX. De Naturali & Artificiali.

Naturale quid. **N**ATURALE est quod esse suum in natura, & à natura habet.

Naturale multipliciter dicitur, 1. Pro eo quod est in & à natura. 2. Constitutive, quod ipsi naturæ largitur.

largitur esse. 3. Consecutive, quod à forma fluit. 4. Subjective, quod naturæ inhaeret infixum penitissimè. 5. Perfective, quod naturam exornat. 6. Transitive quo à natura propagatur.

2. Naturale opponitur aliquando Supernaturali Voluntario, violento, fortuito, praternaturali, & Artificiali, ut hoc loco.

A Naturali derivantur termini, quibus aliquid dicitur esse vel fieri à naturâ. Secundum naturam, Contra naturam, Supra naturam, quorum definitiones apud philosophos passim occurrunt.

ARTIFICIALE est, cuius veritas ab Intellectu pendet humano, adeoq; est Ens ab arte factum, qualia Entia sunt omnis generis artificia, picturæ, pocula, vestimenta, &c.

1. Tria sunt agentia, Deus, natura, & ars. 2. Quod inest naturæ absolute est de eius definitione. 3. Quod non habet rationem naturæ, Artis aut Supernaturalis operationis in productione rei, illud pro effectu diabolico habendum. 4. Naturale in rigore Metaphysico non opponitur contradictonie supernaturali. 5. Ars est æmula naturæ. 6. Artificium sua arte credendum.

Caput XXX. De Subjecto & Adjuncto

Accidentalia Entis attributa sunt Subjectum & Adjunctum, 1. Signum & Signatum. 2. Mensura & Mensuratum.

Subjectum est, quod præter suam essentiam alio subjectum quid in se recipit: ut Substantia est subjectum accidentium.

Subjectum est vel Inhaerentis cui aliquid in esse inhaerens dicitur quocumq; modo, vel proprie, vel extrinsece.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.
(303. 19. 2.)

ανολογία, tale Subjectum est Substantia ratione accidentium, Cathedra, respectu eius, qui in Cathedra est vel Tractationis, aut Considerationis, quod circa aliquod aliud occupatur, vocatur aliis objectum, ut Color est Subjectum visus.

Tractationis.

Adaequatum.

Inadaequatum.

Denominationis.

Informationis.

Predicationis.
Per se.
Per accidens.

Adjunctum quid.

Regula.

Subjectum Considerationis est vel Adaequatum proprium totale, quod aequale patet cum suo occupante, ut Visus Subjectum adaequatum est color, vel Inadaequatum & pariale quod angustius est occupante, ut Coelum respectu Physicae disciplinae.

Porro Subjectum est vel denominationis, quod denominatur ab adjuncto suo, sic Corpus est Subjectum quantitatis Homo doctrinae, vel Informationis, cui per se directe inheret adjunctum, ut anima respectu eruditionis, vel Predicationis, estque prior pars Enunciationis.

Subjectum denique est vel per se, cui adjunctum intrinsece inheret, ut Homo respectu visibilitatis, vel per accidens, cui accidentaliter adjunctum adheret, Partes respectu coloris.

ADJUNCTUM est id quod alteri, tanquam Substrato inest, sive sit Substantia, sive accidens, Sic vestis est adjunctum hominis.

1. Quod non existit nequit esse Subjectum. 2. Receptivum non recipit per modum imprimentis, sed ad modum receptivitatis. 3. Unum numero accidens, non potest esse in diversis Subjectis. 4. Proprium unius non potest esse proprium alterius. 5. Proprium per se est incommunicabile accedente unione sic communicabile. 6. Uno propriorum communitate, non statim communicatur omnino.

CAPUT

CAP. XXXI. De Signo & Signato.

SIGNUM definitur id, quod potentia cognoscenti aliquid representat.

Signum quid.

Estque Necessarium, quod necessario coheret cum signato, ut crepusculum respectu diei aliis demonstrativum insolubilia, τεκμήρια, item εὐρίστια, γινώσκονται dicuntur. vel Contingens quod contingenter arguit rem signatam, ut pallor est signum amoris.

Necessarium.

Contingens.

Deinde est vel Rememorativum, quod signat aliquid ex naturali connexionem, vel Demonstrativum, quod signat aliquid praesens, Prognosticum, quod signat aliquid futurum.

Rememorativum.

Demonstrativum.

Tertio, est vel Significativum quod signat tantum, vel Exhibitivum, quod simul exhibet id quod signat.

Significativum.

Exhibitivum.

Notificans.

Quarto Signa sunt notificantia, quae rem ignotam indicando patefaciunt, ut notae Ecclesiae. Vel commonefacientia, quae conservant notitiam rei cognite, sic cena est memoriae passionis Christi, vel Obfigurantia quae certificant rem cognitum, sic Circumcisio est signaculum fidei.

Commonefacientia.

Obfigurantia.

Quinto signum est vel Naturale, ut Fumus respectu ignis. Vel Arbitrarium, ut Hedera est signum vini vendibilis.

Naturale.

Arbitrarium.

Non omnia signa sunt visibilia. 2. Signum, quod signum non importat realem diversitatem a signato. 3. Nihil est nota sui ipsius. 4. Nota debet esse notior notato. 5. Nota debent esse simul cum notato. Nota debet a notato esse incomparabilis. 7. Notae debent esse propriae non communes.

Regulae.

CAPUT XXXII. De Mensura &

Mensurato.

E

Mensura.

Mensura
quid.

MENSURA est, quā conditio, aut habitudo
alterius exigitur: Vel Mensura est norma, ad
quam rerum finitarum perfectio exigitur.

Intelligitur hic vox Mensura, non negative veluti cum Deus
dicitur mensura sui ipsius: Sed positive, quā Eius denominatur
mensurans & opponitur mensurato.

Quantita-
tis.

Mensura alia est Quantitatis, quæ quantitate
Adæquata tem proprie dictam, utpotè molem & extensionem
alterius mensurat, atq; notificat, ut ulna est Mensura
panni. Et hæc duplex est vel Adæquata,

Inadæqua-
ta.

quando mensura & mensuratum exactè conveniunt,
vel Inadæquata, quæ exceditur à quantitate Mensu-
rati, & mensurat per repetitionem, Sic unitas
est mensura senarij Inadæquata.

Perfectio-
nis.

Secundò Mensura dicitur Perfectio, estq;
regula & norma, juxta quam de perfectione alterius
judicamus, Sic Deus est mensura omnium. Vel

Cognitio-
nis.

Cognitionis, & sunt res ipsæ, quas homo debet cog-
noscere, dependet enim à reb; cognitio, non contra.

Mensura-
tam quid.

MENSURATUM est illud, quod per mensu-
ram innotescit.

Regulæ.

1. Omnis mensura est notior mensurato. 2. Mensura est Ho-
mogenea mensurato. Arist. 10. Met. c. 11. 3. Mensura
est quid unum & indivisibile. 4. Primum in uno quoque
genere est mensura reliquorum.

**METAPHYSICÆ PARS SPECI-
ALIS SEU PROPRIA, DE ENTIS
SPECIEBUS, ANALOGATIS, SUB-
stantiâ & Accidente.**

Partem Generalem Metaph. in qua usq; actum
est de Ente ejusq; modis, & affectionibus, tam unum
quàm disjunctis, Mediatis & Immediatis: se-
quitur Pars SPECIALIS in qua Metaphysicus
git

git de Substantia & Accidente eorumq; species
bus, quatenus sunt analogata Entis, & summa re-
rum genera, & in quantum sunt Entia talia & Ta-
lia, in suis modis, & determinationibus specificis.

CAPUT I. De Substantiâ.

Substantiâ est Ens per se subsistens: vel Sub-
stantia est ENS, quod revera proprium esse ha-
bet, nec est in alio tanquam in subjecto.

Substantia
quid.

Substantia dicitur à substando. In verbo autem
Substandi, & in nomine Substantiæ, ab eo sum-
to, due rationes seu proprietates indicantur: una
est absoluta scilicet essendi in se, ac per se propter
quam ejus simplicitatem per negationem essendi in
subjecto declaramus; alia est quasi respectiva,
sustentandi accidentia, swaretz disp. 33.

Substantia sumitur 1. Generaliter, pro quovis Ente. 2. Pro Es-
sentia, quomodo definitio indicat Substantiam rei. 3. Pro
subjecto, quomodo Arist. magnitudinem in Mathesi vocat
Substantiam. 4. Prout opponitur accidenti predicamenta-
ti ut hoc loco.

2. Observandum in subsistere sumi dupliciter,
Primò generaliter, pro tali modo existendi, juxta
quem res existit per se, & non in alio, & opponitur
inherentiæ. Secundò, Specialiter & non eorum
pro subsistentia suppositali, ultimoq; complemento
Substantiæ perfectissimo.

Substantia est vel Incompleta, quæ pars est
Substantiæ, vel ad modum partis concipitur, quomodo
modo materia & forma Substantiæ sunt. swaretz
Vel Completa quæ est aut intelligitur per modum
totius. Seu integra Substantiæ, quæ sola interdum
per

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 11
1308. (19. p.)

Regi nyomatatványok, Bratislava Lyceum: 1303. (19. 1.)

per Antonomasiā substantia appellari solet, ut omnis species, aut ens completum, quod per sese existit, ut Angelus, Homo.

Universa-
lis.

Substantia completa est vel Universalis, quae apta nata est pluribus inesse, & de pluribus dici per modum Generis & Speciei. Logicis dicitur Secunda.

Singularis

vel Singularis, quae neq; de Subjecto dicitur neq; in Subjecto aliquo physico haeret. Arist. in Categ. Logicis dicitur Prima.

Completa
in essendo.

Substantia singularis, est vel Completa in essendo non tamen ultimò completa in subsistendo, cum dependenter subsistat in alio, & ab alio unto, ut Ignis in ferro ignito, aurum in poculo, vel etiam in subsistendo quae in naturali suo statu, ultimò completè existit, dicitur Suppositum & Persona.

in subsi-
stendo.

Supposi-
tum.

Suppositum est Substantia prima completa singularis, incommunicabilis, non sustentata in vel ab alio, hoc est, quae independentè & incommunicabiliter subsistit, ut omne animal, Equus, canis &c. dicitur Suppositum.

Persona.

Persona est Substantia individua, intelligens, incommunicabilis, non sustentata in alio, ut Homo, Angelus. Quae definitiones in Concreto, ponuntur: inferentes ipsum Materiale cum formali. in Abstracto autem definiuntur.

Supposita-
litas.

Suppositalitas est subsistendi modus perfectissimus independens, & ultimato completus, incommunicabilis.

Persona-
litas.

Personalitas est modus subsistendi perfectissimus

mus, quò Substantia prima completa, intelligens, in dependentèr subsistit: Et hac Personalitas ubi est, ibi facit veram personam, scharff. Jac. Mart. &c.

* Persona differt a supposito tanquam strictius a suo latiori, omnis quidem persona est Suppositum, sed non contra; determinatur enim persona ad Substantiam intelligentem.

Porrò Substantia est vel Finita, eaq; vel Corporea, ut Corpus, vel Incorporea, ut Angelus, Anima, vel Infinita, ut Deus, &c.

Finita.

Incorporea.

Regula.

1. Commune et omni Substantiae non esse in Subjecto. 2. Substantiae peculiare est per se subsistere. 3. Substantiae nihil est contrarium. 4. Una numero Substantia est susceptiva contrariorum. 5. Nulla Substantia per se recurrit in sensu. 6. Accidentis essentia consistit in inhaerentia. 7. Accidentis esse est inesse. 8. Nullum accidens datur extra Subjectum, &c.

CAP. II. De Accidente.

Accidens est, quod est in alio tanquam Subjecto. Accidentia sunt vel Primaria, ut Quantitas, Qualitas, Relatio, vel Secundaria, ut Actio, passio, &c. Dividuntur denuo in Absoluta, ut Quantitas, Qualitas: & Relata, ut reliqua septem.

Accidens
quid.

Quantitas est accidens per se extensum & divisibile, ut Corpus. Estq; Continua cujus partes communi termino copulantur, ut linea superficies &c. & Discreta, cujus partes nulli termino copulantur, ut Numerus &c.

Quantitas

Qualitas est accidens absolutum, à quo quid quale dicitur. Ejus Species sunt Habitus & Dispositio. 2. Potentia naturalis, & Impotentia. 3. Partibilis qualitas & passio. 4. Figura & Forma, quorum definitiones videantur in Logica, &c.

Qualitas

E 3

Rela

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum.

Relatio quid. Relatio est accidens, cujus totum esse est ad aliud esse, seu ad aliud se habere, seu aliud respicere, Swartz disp. 47. Relatio est vel Secundum dici que concipitur ab intellectu, cum ipsa non sit, ut dextrum. Et Secundum esse, cuius esse est cum habitudine reali ad aliud, ut Pater, Filius. Relatio secundo est vel Prædicamentalis, vel Transcendentalis, de qua vide pag. 61. part. Gen.

CAP. III. De Accidentibus secundariis, Actione, Passione, &c.

Actio quid. ACTIO est ratio formalis, per quam causa activa reducitur in actum & denominatur agens, Mendoza. Estq; duplex Immanens, ut Intellectio, & Transiens, ut Calefactio.

Passio. PASSIO est ratio formalis & actus secundus, à quo causa subjectiva est & denominatur patiens, Mendoza. Est vel perfecta, ut videre, discere, vel Corruptiva, ut Combustio.

Quando. QUANDO est id quod ex adjacentia temporis relinquatur, ut heri, &c. Thom: in op, 43.


ubi. UBI est presentia rei in loco. Estq; vel Circumscriptivum, secundum quod aliquid dicitur esse totum in toto spatio, & pars ejus in parte spatij, quod occupat. vel Definitivum, secundum quod aliquid est totum in toto spatio, & totum in qualibet parte spatij. vide Cap. 24. part. Com.

situs. SITUS significat dispositionem partium in ordine ad locum, Swartz disp. 52. Estq; vel Naturalis, ut Caput sursum. Vel Voluntarius & fortuitus, ut Sessio cubatio.

HABITUS est corporis & eorum que circa corpus sunt adjacentia. Est vel Naturalis, Artificialis Ornamenti, Indumenti, Domesticus, Militaribus, de quibus omnibus videas Enchiridion Bartholmi Logicum: atq; ex ejus Enchirid. Metaph. pag. ult. notes discrimen, quomodo in utraq; disciplina agitur de Prædicamentis, quod videlicet Metaphysicus Summa rerum Entia quatenus talia contempletur, & prout Entis species quædam sunt: Logicus, quatenus Entia dicibilia, & secundum sub & supra in genere aliquo ordinabilia. &c.

Habitus quid.

FINIS METAPHYSICÆ.



PHILOSOPHIA MORALIS.

SIVE

DISCIPLINA ETHICA Succinctè & dilucidè certis præceptis inclusa, Methodoq; Analytica conscripta; atq; in Usum studiosæ juventutis Compensatio huicce Metaphysico annexa & adjecta.

PROEEMIUM.

De Natura & Constitutione Ethicæ

ETHICA est Prudentia hominem ita virtutibus informans, ut recte rationi pareat ad conferens

Ethica quid.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:
1303. (1922.)

consequendam felicitatem Civilem: Vel Ethica est Practica philosophia pars absoluta, de Summo bono nuntio bono assequendo, Donaldjon lib. 1 Syn. Eth.

Ethica quid.

1. Nomen Ethices derivat Philosophus 2. Eth. 1. $\delta\eta\mu\omega\sigma\iota\varsigma$ à Consuetudine vel assuetudine: Vel $\delta\omega\delta\iota\kappa\eta$ à moribus, qui circa res tota occupata est. 2. Sumitur Vocabulum hoc dupliciter, Generaliter, quatenus totam philosophiam practicam denotat, & Specialiter, pro prima parte philosophiae practicae, uti hoc loco. Generis loco ponitur Prudentia, qui est disciplina operatrix erit ergo vel $\rho\alpha\iota\omega\nu\alpha\iota\kappa\eta$ vel $\pi\omega\delta\alpha\lambda\alpha\iota\kappa\eta$. Non illa quia nulla ars pertinet ad actionem virtutum, atq; atq; ad $\pi\omega\delta\alpha\lambda\alpha\iota\kappa\eta$ aut voluntatem, ut docet Philosophus 2. Eth. c. 4. & 6. Ethic. c. 4 est enim ars eorum rerum, que corporis, & manuum imprimis atq; miniculo tractari solent. 6. Ethic. c. 3. Relinquatur ergo Ethicam Prudentiam esse, quia tota circa virtutem & affectus virtute imbuendos occupata est ut apparet ex definitione prudentia Cap. 4. & 5. Eth. 6.

Subiectum

Subiectum sive Obiectum est homo, quatenus civiliter tractandus, tum actiones humanae libere ordinatae ad finem.

Vel Subiectum Ethicæ informationis primarium, est Voluntas hominis, sive appetitus rationalis animæ, per quem homo ab intellectu cognita prosequitur, & mala averfatur: Secundarium est Sensus, Appetitus loco motiva. Voluptas, dolor.

Finis

Finis est duplex unus Internus, qui est bonitatem bonis moribus seu virtutibus informare, vel inchoare intellectum, quomodo is appetitum possit ac debeat.

debeat regere. Aliter Externus usq; principalis Summatelicias sive summum bonum. Vel minus principalis, tum respectu hominis ad seipsum, ut seipsum cognoscat: tum quoad alios, ut cum iis iuste, amice, honeste, liberaliter vivat.

Efficiens Causa remota & Universalis est Deus ipse, qui homini condito honestorum & turpium discrimen indidit: Proxima est Norma rectoris rationis, vel Principia nobiscum nascuntia, ut sunt honeste agendum, suum cuique tribuendum, parentes honorandi, vim vi repellere licet. 2. Experientia que virtutum & vitiorum atq; eventuum, qui exinde sequuntur exempla colligit. 3. Ratiocinatio, que ex his, que natura nota sunt, concludit & colligit præcepta morum & virtutis regulas, ut Aequalitas est servanda: At si poena + respondet delicto servatur aequalitas, Ergo + 4. Vni sapientes atq; optimi, qui secuti sunt sive traditiones majorum, leges honestissimas tradiderunt, eorum principes fuerunt Socrates, Plato, Aristoteles.

Efficiens Causa remota.

Experientia.

Ratiocinatio.

Authores Ethicæ.

Regulae.

Ethicæ divisio.

1. Ethica accuato Theologo est utilis. 2. Ethica studio solutis est necessaria. 3. Ethicæ author primus non est Socrates. 4. Dantur ne titta ingenia. 5. Iuvenit ætate, qui est Senex intellectus, posse & de et esse auditor Ethicæ.

Ethica dividitur in Partem Communem, que agit de fine, nempe de beatitudine, seu Summo bono, Græcis $\delta\epsilon\delta\alpha\mu\omega\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$, dicta, & Propriam, que agit de virtutibus, seu mediis ad unum bonum ducentibus: Græcis $\delta\epsilon\pi\omega\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$.

ES

CAP.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303. (19. 2.)

* 74. *
Cap. I. De Summo bono Civili.

<sup>Summum bonum civi-
tatis quid</sup> **SUMMUM BONUM CIVILE** est operatio sive actio animae rationalis, secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta, Arist. 1. Eth. Nicom.

Dari aliquod Summum bonum sive ultimum finem actionem humanam demonstratur. Quia in re qualibet datur aliquod Summum & optimum, in quo oportet nos consistere & nisi concedatur dari aliquem finem, appetitus hominis in infinitum progrediretur, nec haberet ubi quiesceret. 2. Quicquid homo appetit sub ratione boni, tanquam ultimum finis & perfecti appetit. 3. Frustra etiam nobis natura deserit appetitum. &c.

Definitionem exprimit Aristot. Genere, Causis & Differentia.

^{Genus.} Genus est Operatio specifica, non quaevis, ut non sentientis aut vegetantis animae, sed rationalis. Causa efficiens est virtus vel habitus aut possessio virtutis, tum assuefactio & disciplina (non fortuna Ar. 1. Nicom. c. 9.) 2. Differentia duplex à Philosopho constituitur. Videlicet 1. quod sit actio secundum virtutem perfectam, ad excludendas omnes alias actiones, quae non ex virtute proficiuntur, virtus enim fundamentum est cui tota beatitudo innititur. 2. In vita perfecta, quae et aetatem maturam requirit, in qua iudicium sit confirmatum, & temporis diuturnitatem: tum constantiam & perpetuitatem virtutis: una enim actio non facit virtutem, sicut una hirundo non facit Ver.

^{Subiectum} Subiectum Summi boni civilis est homo, vivus & aetate perfectus: Non bestiae, non mortui, non infantes, nisi potentia.

NOTA

Non itaque consistit Summum bonum 1. in Voluptate corporis, quae & brutis competit, tum inconstans, & non perpetua est: 2. Neque in honore, quia honor non est in nostra potestate, sed in eius, qui ipsum deserit alteri: at virtus debet esse in nostra potestate, tum denique honor expetitur propter virtutem, virtus autem propter se: 3. Neque in divitiis, quia divitiae sunt vanitati obnoxiae, felicitas autem constans. Divitiae etiam expetuntur usus gratia, non propter se, sic etiam iis male uti possumus, multis perniciem creant, ut plurimum injuriis parantur. 4. Neque in Ideis Platonice: quærimus enim bonum practicum non contemplativum: cum mali quoque possint contemplari Ideas, quod Summo bono non convenit. 5. Non in virtutis habitu, quia habitus inesse potest otioso & dormienti, & habitus est propter actionem, tum possessio propter usum.

Effectus immediatus summi boni est Voluptas practica, sive Tranquillitas civilis, quae homo suaviter acquiescit in exercitio virtutum, includit 1. Immediatam conscientiam recte & honeste factorum. 2. Pacem & tranquillitatem voluntatis & affectuum. 3. Amorem virtutis & felicitatis. 4. Gaudium & lætitiã.

Accidentia Summi boni sunt: Libertas, sanitas, honor, amici, divitiæ, sine his enim nemo perfecte summo bono frui potest: non tamen sunt ipsum Summum bonum.

1. Beatitudo Ethica differt à beatitudine Theologica, 2. Est ali- Reg^{la}. quis finis actionum humanarum. 3. Cognitio ultimi huius finis est necessaria. 4. Omnia bonum appetunt, si non bonum reale tamen.

^{Summum bonum sit.}

^{Effectus immediatus.}

^{Accidentia.}

76. Ethices præcepta, pars Communis.
tamen apparet: 5. Causa averfationis est malum. 6. Homo
potest esse civiliter beatus in hac vita.

**CAP. II. De Principiis actionum
humanarum.**

Actio quid **CAUSÆ** virtutum moralium efficientes sunt.
Actiones: *Ea verò tum crebra, tum mediocris
eritatis vinculis constrictæ.*

*Actio*nes istæ determinantur quibusdam conditionibus: 1. Ut
actio promanat à sciente. 2. Agens agat consulto, non re
mere. 3. Agat scilicet virtutis causa. 4. Agat cum constanti
animi voluntate. 5. Agat cum quadam animi voluptate.

Actio est vel voluntaria vel Invita.

Duplex
Actio. **Actio** spontanea sive voluntaria est, *cujus
Principium est in ipso agente singulas actionum cir
cumstantias sciente* 3. *Etb. 3.*

Ad hanc actionem requiruntur Voluntas (sive
Volitio) Consultatio, Electio, Intentio, Imperium & Consensus.

Voluntas Volitio est actio voluntatis, quæ fertur in me
dia & finem, quatenus utrumq; illi videtur bonum,
& conveniens. *Græci βελησις* dicitur: *Objectum
ejus est bonum.*

Consultatio Consultatio (βουλευσις) est, actio voluntatis,
quæ deliberat de medijs fini consequendo conveni
entibus, ejus objectum est res possibilis, non nec
cessaria, fortuita, aut prorsus dubia.

Imperium Imperium, est actio voluntatis, inclinans animum
totumq; corpus, ad superandas omnes difficultates
in executione medijs, ad finem occurrentes.

Electio Electio est actio voluntatis, ex multis medijs ab
intellectu propositis tum inter se se, tum cum fine
collatis

collatis, acceptantes unum præ alio, in ordine ad
propositi finis assecutionem.

Intentio est alia actio ejusdem voluntatis, quæ
agens nititur efficaciter per media, convenientia
consequi finem suum.

Consensus est actus voluntatis acceptantis & ap
probantis medium quod ab intellectu judicatum fuit
conveniens ad finem assequendum.

Datur omnino dependentia quædam voluntatis ob intellectu,
tum quia nihil vult homo, nisi quod intelligit, tum quia
sicut intelligit ita vult. 2. Datur reciprocatio quædam in
ter intellectum & voluntatem, ut prima quidem inclinatio
voluntatis pendeat ab intellectu. Sed postea etiam voluntas
instigat intellectum ad objectum appetibile accuratius me
ditandum ac deliberandum, quomodo & quibus medijs ob
jectum id, quod voluntas appetita potest acquiri. Hinc tan
tum quisque vult quantum intelligit. Item: Obscuritas in
intellectu parit, &c. 3. Voluntas imperio Heri imperat in
tellectui, & potentius externis, Imperio verò civili appeti
tibus sensitivis & facultatibus internis, quas movet ad agere
dum, tum quoad exercitium, tum quoad specificationem.

Actio invita est vel violenta, vel imprudens. *Actio invi
ta duplex.*

Actio violenta est, quæ fit vi aliquâ, seu cuius
agendi causa fuit externa. Etq; vel Absolute vio
lenta, quando causa agens est extra omnino, & pa
tiens nullam vim, nullum consensum actioni confert
vel Secundum quid (aliàs violentia mixta) quæ
partim extrinsecus per vim, partim intrinsecus per
voluntatem videtur fieri, ut ejectio rerum ex navi
oborta tempestate. hæc actio commiserationem
meretur.

Imprudens actio est, quæ fit ab agente, singula
rum quarundam circumstantiarum ignaro, culpe &
fraudis vacuo, & poenitentiam post factum agente.
Est

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 11
1308. (16. 2.)

Universa-
lis.

Est autem Ignorantia vel Universalis rei, dicitur Ignorantia Juris, cum ea que jure scire tenemur, ignoramus, e. g. an honestum sit faciendum; Hæc ignorantia quia affectata videtur, non excusat actionem Aristot. lib. 3. Ethic. c. 1. Vel

Particularis.

FACTI, cum ignorantur circumstantiæ quædam singulares, que ante actionem prævideri aut præcaveri non potuerunt. Hæc ignorantia conjuncta cum pœnitentiâ, si caret dolo, veniam meretur. *omnes simul ignorare est insaniam*

Regulæ.

1. Voluntas habet in se ipsam essentialem virtutem, ut possit se ipsam movere ad appetitum boni & aversionem mali. 2. Voluntas potest bonum præ bono eligere, & ex duobus malis quod minus est. 3. Potest suspendere actionem. 4. Voluntas qua voluntas cogi non potest. 5. Tantum quisque vult, quantum intelligit. 6. Voluntas omnino libera est in actibus elicitis. In actionibus civilibus datur liberum arbitrium.

CAPUT III. De Affectibus.

Doctrinam de Fine & Principiis virtutum, sequitur Objectum virtutis moralis, nimirum Affectus isq; vel jucundus vel tristis, &c.

Affectus quid.

AFFECTUS est motus cordis à notitiâ & cognitione objecti excitatus, illudq; prosequens, aut fugiens. Piccol. grad. 1. cap. 5.

Objectum

Objectum est bonum vel malum, idq; verum, vel apparens.

Subjecum

Subjecum remotum est animal perfectum, Proximum Cor, Vel animæ sentientis facultas appetitiva.

Appetitus

Causa est boni cognitio, ignoti enim nulla cupido. **Appetitus sensitivus** est illa pars inferior animæ, que fertur in Objectum suum prævia cognitione sensus

sensuum: residet in corde, imperatur à voluntate, dirigitur a virtutibus.

Affectus pertinet vel ad Appetitum concupiscibilem, qui fertur in bonum & malum absolute spectatum. Vel Irascibilem, qui fertur in bonum & malum, quatenus arduum ac difficile: Affectus 1. Alij dicuntur vel boni, juvantes naturam, ut Amor, desiderium, spes, lætitia: Vel mali, destruentes naturam, ut Irâ, odium, tristitia. 2. Alij simplices, ut tristitia, alij mixti, ut irâ, de quibus singulis breviter.

Affectus

quoduplex

metus

Amor

Amor est passio appetitus concupiscibilis, qui fertur in bonum absolute sibi propositum, ab imaginatione. Unus est profanus & fugiendus, alter bonus & eligendus.

Desideriâ.

Desiderium est inclinatio vel motus appetitus concupiscibilis in bonum amatum, sed absens & nondum obtentum. Huic opponitur Fuga.

Gaudium est motus appetitus concupiscibilis, quiescentis & fruents de bono presenti & optato. **Tristitia & dolor,** est detestatio seu amaritudo animi nata ex malo presenti.

Gaudium

Tristitia

Odiu est passio appetitus concupiscibilis, detestantis & abhorrentis malum absolute sibi præostensum ab imaginatione.

Odiu

Spes est motus appetitus irascibilis, quò fertur in bonum arduum & difficile acquisitu, apprehensum tamen ut possibile.

Spes

Desperatio, spei opposita, est actio ejusdem appetitus, qua quis eo quod judicat se non posse, pro-

Desperatio

pro-

per

Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum: 1303. (19. 2.)

Universalis. Est autem Ignorantia vel Universalis rei, dicitur Ignorantia Juris, cum ea que jure scire tenemur, ignoramus, e. g. an honestum sit faciendum; Hæc ignorantia quia affectata videtur, non excusat actionem Aristot. lib. 3. Ethic. c. 1. Vel Particularis & FACTI, cum ignorantur circumstantiæ quædam singulares, que ante actionem prævideri aut præcaveri non potuerunt. Hæc ignorantia conjuncta cum pœnitentia, si caret dolo, veniam meretur. *omnes simul ignorare est insanire*

Regula. 1. Voluntas habet instam essentialem virtutem, ut possit se ipsam movere ad appetitum boni & aversionem mali. 2. Voluntas potest bonum præ bono eligere, & ex duobus malis, quod minus est. 3. Potest suspendere actionem. 4. Voluntas qua voluntas cogi non potest. 5. Tantum quisque vult, quantum intelligit. 6. Voluntas omnino libera est in actibus civitatis. In actionibus civilibus datur liberum arbitrium.

CAPUT III. De Affectibus.

Doctrinam de Fine & Principiis virtutum, sequitur Objectum virtutis moralis, nimirum Affectus isque vel jucundus vel tristis, &c.

AFFECTUS est motus cordis a notitiâ & cognitione objecti excitatus, illudque prosequens, aut fugiens. Piccol. grad. 1. cap. 5.

Objectum Objectum est bonum vel malum, idque verum, vel apparens.

Subjecum Subjecum remotum est animal perfectum, Proximum Cor, Vel animæ sentientis facultas appetitiva.

Appetitus Causa est boni cognitio, ignoti enim nulla cupido. Appetitus sensitivus est illa pars inferior animæ. que fertur in Objectum suum prævia cognitione sensus

sensuum: residet in corde, imperatur à voluntate, dirigitur a virtutibus.

Affectus pertinet vel ad Appetitum concupiscibilem, qui fertur in bonum & malum absolute spectatum. Vel Irascibilem, qui fertur in bonum & malum, quatenus arduum ac difficile: Affectus 1. Alij dicuntur vel boni, juvantes naturam, ut Amor, desiderium, spes, læticia: vel mali, destruentes naturam, ut Ira, odium, tristitia. 2. Alij simplices, ut tristitia, alij mixti, ut ira, de quibus singulis breviter.

Amor Amor est passio appetitus concupiscibilis, qui fertur in bonum absolute sibi propositum, ab imaginatione. Unus est profanus & fugiendus, alter bonus & eligendus.

Desideriâ Desiderium est inclinatio vel motus appetitus concupiscibilis in bonum amatum, sed absens & nondum obtentum. Huic opponitur Fuga.

Gaudium Gaudium est motus appetitus concupiscibilis, quietis & fruens de bono presenti & optato.

Tristitia Tristitia & dolor, est detestatio seu amaritudo animi nata ex malo presenti.

Odiûm Odium est passio appetitus concupiscibilis, detestantis & abhorrentis malum absolute sibi præostensum ab imaginatione.

Spes Spes est motus appetitus irascibilis, quod fertur in bonum arduum & difficile acquisitu, apprehensum tamen ut possibile.

Desperatio Desperatio, spei opposita, est actio ejusdem appetitus, qui quis eo quod judicat se non posse, propter

Regi nyomtetvanyok Bratislava-Lyceum: 1303.16.21

pter difficultatem multitudinem bonum aliquod consequi, adeoque ab eo prosequi desinit.

Audacia

Audacia est actio appetitus irascentis, moventis se ad incunda pericula, eo quod sit spes malum debellendi, & bonum lucrandi.

Timor

Timor siue metus est actio eiusdem appetitus, que velut trepidat ad apprehensionem mali futuri & imminentis, atque difficilis evitatu.

Ira

Ira est actio appetitus irascentis, qua quis movetur ad ultionem injurie sibi aut alteri illatæ.

Regula

1. Affectus etiam in animalia cadunt. 2. Affectus in Deum non cadunt proprie, nisi secundum similitudinem effectuum. 3. Affectus cadunt etiam in virum bonum vel Ethicum, sed vixute domiti. 3. Non omnes affectus sunt mali. 4. Alia est pars rationis & appetitus de qua Ethica, ab illa de qua agit Theologus.

PARS II. seu PROPRIA. PHILOSOPHIÆ MORALIS. De Virtute in Communi & in Specie.

Vir us quide virtus est habitus animi quo se bene efficit ad malum vitandum.

Virtus est habitus actiuus, ex perpetuatis actionibus honestis, voluptatem & appetitum hominis ad mediocritatem apte temperatis ac compositis pro bono civili consequendo.

Virtus un de dicitur

Virtus Græcis dicitur δὴν ἢ ἀρετὴ, à Marte, quod in bello præcipue virtutis vis conspicitur, vel δὴν ἢ ἀρετὴν, id est, eligendo, quia virtus maxime eligenda & appetenda sit. Latinis dicitur non à vi, sed à viro, quoniam vel maxime Virtus Viri decet. Cic. lib. 1. Tusc. quest.

Virtus varia habet significata, fumitur enim vel 1. Generaliter pro quavis efficacia aut vi. 2. Specialiter pro quavis habitu bono, tam in hominibus, quam aliis animalibus. 3. Per Excellentiam

Excellentiam, pro fortitudine. 4. Pro bona fama, potentia, rebus secundis Metonymicè.

Efficiens virtutis causa, præter DEUM Ter. Efficiens causa.

Opt. Max. tum actiones crebras, est Intellectus practicus, quò homo pollet statim à primâ naïvitate, ad intelligendum discrimen honestorum & turpium. dicitur aliàs recta ratio siue οὐλύγνεσις

Principia practica nihil sunt aliud, quam propositiones generales de honesto & turpi, quibus intellectus & humana ratio sine ulla probatione assentitur.

Forma secundum analogiam dicta est Mediocris Formas, que duplex, vel Rei, quod ab utroque extremorum secundum proportionem Arithmeticam æquali distat gradu ac intervallo, ut Novenarius numerus, respectu senarij & duodenarij. vel Personæ quod uni extremorum vicinior, ab altero verò remotior est, vel quod medium est ratione circumstantiarum loci, temporis, personæ, &c.

Finis est honestas & beatitudo civilis seu summum bonum, Finis.

Oppositum Virtutis est VITIUM Morale, diciturque habitus eligendi mala, seu sectandi ea in vita, que à modo & mediocritate aberrant, siue id excessu fiat, siue defectu, Horneius lib. lib. 3. Bth. cap. 3. vel Vitium est habitus conjunctus in nimium vel parum declinans piccol grad. 10.

Virtus aliàs est duplex Moralis, que appetitum regit. Et Intellectualis, siue διανοητική, que intellectum perficit, cujus posterioris species quinque numerantur ab Aristot. lib. 6. Ethic cap. 3. Intellectus, Sapientia, Scienria, Prudentia & Ars.

Intellectus, dicitur habitus intellectualis, quo demonstrationis

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 1308.19.2.

11. Ethices præcepta, Pars Communis.
 rionis principia cognoscimus. 2. Sapientia, est habitus i
 intellectus, quò cognoscuntur causæ & effectus demonstratio-
 nis. 3. Scientia, est habitus intellectualis, quò rem per
 causas demonstramus. 4. Ars, dicitur habitus rei alicujus
 quæ potest esse & non esse per certas regulas Activus & Fa-
 ctivus. 5. Prudentia (regula & mensura virtutum moralium
 & actionum humanarum) quæ est habitus intellectus, vera
 cum ratione agendi, circa ea quæ soli homini bona & utilia
 sunt. Hujus partes Subjectivæ sunt Jurisprudentia, Politica,
 Oeconomica.

Potentia
les.

Potentiales sunt 1. *ἄλκιος*, dexteritas consilij.
 2. *σύνεσις* perspicacitas. 3. *γνώμη* sententia de
 aliis, huc refertur *δεινότης*, solertia naturalis, &
μνήμη, Memoria, &c.

Regulæ. 1. Intellectus si parus his quæ habitibus, suis radiis omnino
 illuminat & dirigit voluntatem in suum finem iudicio pra-
 ctico & particulari, proponendo condiciones particulares
 sui boni, sine quo iudicio non potest voluntas agere, & cum
 quo indifferenter adhuc potest agere, vel non agere. 2. Vir-
 tutes Intellectuales nobiliores sunt Moralibus in ordine ad
 vitam contemplativam, Morales verò his, in ordine ad
 activam. 3. Deus & Angeli sunt principia externa huma-
 rum actionum, Deus quidem concurrente nobiscum suo
 Generali & Speciali concursu: Angeli verò Intellectum &
 voluntatem moraliter alliciendo, quandoque etiam sensus
 realiter immutando.

CAPUT V. De Divisione virtutis
Moralis.

Divisio
quid.

Virtus moralis est & dicitur vel perfecta, vel
 satur q, vel circa Corpus Hominis, ut FOR-
 TITUDO & TEMPERANTIA. Vel circa
 Bona vel mala externa, utpote vel circa Pecunias
 am, ut LIBERALITAS, MAGNIFICEN-
 TIA. Vel Honores, ut MAGNANIMITAS
 & MODESTIA. vel circa Iram, ut MAN-
 SVBTUDO. Vel Conversationem, ut CO-
 MITAS, VERITAS, URBANITAS. vel
 circa

De Divisione virtutis moralis.

circæ Contractus, ut JUSTITIA. Vel Imper-
 fecta, est q, dispositio ad virtutem perfectam: 2
 species eius sunt Eminentia & Tollerantia, per-
 fectissima est virtus HEROICA.

CAPUT VI. De Fortitudine.

FORTITUDO est Virtus quæ mediocritate Fortitudo
 tem servat in illis, quæ terribilia sunt, & FIDUS, quid.
 ciâ animi egerit, atq, adeò in adeundis periculis
 sustinendisq; laboribus, solo fine honestatis & pu-
 blicæ utilitatis. Vel Fortitudo est virtus servans
 mediocritatem circa metum & fiduciam, Aristot.
 lib. 3. cap. 6.

Objectum est vel Internum videlicet Timor
 & Fiducia, magis tamen Timor. Vel Externum,
 quod duplex, Vel Generale, ut sunt omnia feris
 dabilia, quæ animum hominis perturbare possunt,
 adeoq; omnia adversa, quæ metum & formidinem
 causare possunt. Vel Speciale, ut est Mors vel
 suscepta ob patriæ utilitatem.

Actus Fortitudinis duo sunt 1. Sustinere & 2. Agere
 Aggredi pericula. Extremum in Excessu forma-
 dimus est. Audacia (*δραconία*) & temeraria fide
 oia in aggrediendis periculis, in Defectu Timidis-
 tas, quæ ex cogitatione mali deficit in confidendo.

Fortitudo est 1. vel Civilis, quando Civis sub-
 eunt pericula vel propter premium, vel pœnam.
 2. Vel Militaris quæ exercetur propter experiens-
 tiam. 3. Vel Iracunda, quando quis affectu quos-
 dam concitatus pericula subit. 4. Vel Fiduciaris,
 quæ

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.
1303.16.2.

que oritur ex spe certa victoriae. 5. vel Inscia & stolidi, estq; eorum qui periculi magnitudinem ignorant, interea tamen cum imminente fuga quid audent.

Vir fortis adit pericula 1. quæ sunt honesta. 2. laudabilia. 3. publico bono utilia: Quis seipsum interficiunt, nulla ratione sunt fortes dicendi.

Fortitudo Latinis dicitur à ferendo: Grecis dicitur αὐθιγία ἄνδρα ἀνδρῶς à viro, quod maxime viros deceat. Cic. 2. Tusc. . Secundò, Fortitudo sumitur pro omni virtute 2. pro vigore corporis 3. abusive pro audacia. 4. Proprie pro virtute uti hoc loco.

CAPUT VII. De Temperantia.

TEMPERANTIA est virtus mediocritatem servans in appetendis, & fugiendis corporis voluptatibus que gustu & tactu percipiuntur. Donald. lib 3. Theor.

Temperantia nomen habet à temperando, cum voluptas moderetur & refrænet. Grecis dicitur σωφροσύνη q. σώζω αὐτὴν φρένας, conservans mentem, aut quasi σώφρονης, salva prudentia. 2. Vocabulum Temperantia sumitur 1. Generaliter pro omni moderatione actionum. 2. Impropricè, quatenus ipsis brutis attribuitur. aquilæ, &c. 3. Specialiter uti hoc loco.

Objectum Temperantiæ est Voluptas corporis, que afficit gustum & tactum & percipitur ex cibo, potu & Venere.

Finis est ut sobriè voluptates expetamus, habeamusq; rationem 1. Honestatis. 2. Quantitatis & modici. 3. Valetudinis. 4. Existimationis. Effecta ejus sunt Corporis Sanitas & pulchritudo, ac ingenij, judicij, ac memoriæ conservatio.

Extrema

Extrema sunt Intemperantia, quæ quævis voluptates absq; omni honestatis respectu expetuntur: Stupiditas, quæ etiam honesta & necessaria aspernantur.

Species ejus sunt 1. Frugalitas, consistens in moderanda Gula. 2. Abstinencia, occupata in moderato cibi usu, cui opponitur Voracitas, & à cibo abstinencia nimia. 3. Sobrietas moderans usum potus: cui opponitur Ebrietas, & nimia abstinencia à potu. 4. Castitas, temperantia in moderato Veneris usu. Opposita sunt Salacitas sive libido, & affectata Veneris detestatio.

1. Cupiditas naturalis sive congenita per se non est mala, nec peccatum. 2. In republica Christiana non sunt toleranda Lupanaria.

CAPUT VIII. De Liberalitate & Magnificencia.

LIBERALITAS est Virtus mediocritatem servans in pecuniis modicis dandis & accipiendis. Grecis ἐλευθεριότης.

Objectum sunt τὰ χεῖματα, pecunie, divitiæ, & opes: Per τὰ χεῖματα, intelliguntur cuncta, quæ estimationem nummus metitur, Arist. lib. 3. Ethic. c. p. 1.

Finis est sola honestas: non ostentatio, lucrum, &c.

Actiones liberales consistunt vel in dando, vel in accipiendo, acquirendo, possidendo, conservando, erogando.

Es

Exte-

Regi nyomtetvanyok, Bratislava - Jureum: 1303.16.2.

Extrema. Extrema sunt pro liberalitate *σωφροσύνη*, vitium in nimis dando: & Avaritia *ἀναισθησία* vitium in nimium accipiendo.

Regule. 1. Avaritia committitur in dando, accipiendo, acquirendo, possidendo. 2. Vfus divitiarum præstantior est possessione. 3. Liberalis non est, qui ex alienis erogat quicquam.

Magnificencia q. **MAGNIFICENTIA** est Virtus in magnis sumptibus erogandis mediocritatem servans. *Græcis μεγαλοπρέπεια.*

Efficiens. Magnificentiæ nomen tribus modis sumitur 1. Pro titulo dignitatis 2. Pro eo, quod auctoritatem conciliat 3. pro virtute. Efficiens est Vir magnificus, non plebeus, pauper: sed in summo aliquo dignitatis gradu constitutus.

Objectum. Objectum sunt Sumptus magni, largi, copiosi, in quibus erogandis decorum spectatur.

Finis. Finis est sola honestas, cum voluptate, absque parsimonia. *Παρμανεύς*

Effecta. Effecta sunt Opera, vel Sacra, ut Tempora, altaria. vel Profana, eaq; vel Publica, ut Mœnia, pontes, &c. vel Privata, ut Aedes, &c.

Extrema. Extrema sunt in Excessu, Luxus inutilis, & profusio magnorum sumptuum in res viles. In Defectu, sordes intempestiva in magnis rebus efficiendis parsimonia.

CAPUT IX De Magnanimitate.

Magnificencia quid **MAGNANIMITAS** est Virtus, in magnis & debitis honoribus expetendis vel contemnendis mediocritatem servans, Arist. lib. 4. Ethic. cap. 3. Græcis dicitur *μεγαλοψυχία*.

Triplex est sumitur apud Ethices scriptores. 1. Pro Fortitudine, quia in periculis summis, magnus etiam conspicitur animus.

mus. 2. Pro ornamento quædam virtutum omnium, Arist. 4. Ethic. cap. 3. 3. Pro virtute, appetitum in magnis honoribus appetendis dirigente, uti hoc loco.

Objectum Magnanimitatis, Generale sunt *τὰ μεγάλα, res magnæ.* Speciale verò sunt honores magni, quia honor omnium externorum bonorum est maximum.

Honor est præmium virtutis, tributum à congruente ejus iudice, viro bono, ut ejus virtute resurgat, cæteriq; ejus exemplo ad virtutem excitentur. Piccol. grad. 8. cap. 24.

Officium: Officium magnanimi primarium est, magnos & meritos honores convenienter & modo decenti, vel appetere, vel contemnere. Secundarium est, tam circa divitias quam potentiam, & fortunam tam prosperam, quam adversam moderate versari: non effrenando animum in secundis, nec abjicere in adversis.

Excessus: Excessus est Superbia vel Fastus, quando majoribus honoribus nos dignos judicamus, & præter meritum affectamus. Hinc omnis superbus & stultus & injustus est. Defectus Pusillanimitas, *μικροψυχία*, estq; vitium, quo iis etiam honoribus adq; indignos judicamus, qui jure nobis debentur, & qui hoc vitio laborant, in seipos sunt injusti.

Magnanimitatem non tollit Humilitas spiritualis: Honorem legitime appetere licet, emere verò turpissimum vitium est.

CAP. X. De Modestia.

Modestia **MODESTIA** est Virtus servans mediocritatem in parvis honoribus, eò quo decet modo, expetendis, Arist. lib. 3. Ethic. cap. 4.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308.19.21

Extrema. Extrema sunt pro liberalitas *σωφροσύνη*, vitium in nimis dando: & Avaritia *ἀνελκότης* vitium in nimium accipiendo.

Regula. 1. Avaritia committitur in dando, accipiendo, acquirendo, possidendo. 2. Usus divitiarum præstantior est possessione. 3. Liberalis non est, qui ex alienis erogat quicquam.

Magnificencia q. **MAGNIFICENTIA** est Virtus in magnis sumptibus erogandis mediocritatem servans. *Græcis μεγαλοπρεπείη.*

Efficiens. Magnificentiæ nomen tribus modis sumitur 1. Pro titulo dignitatis. 2. Pro eo, quod auctoritatem conciliat. 3. pro virtute. Efficiens est Vir magnificus, non plebeius, pauper: sed in summo aliquo dignitatis gradu constitutus.

Obiectum. Obiectum sunt Sumptus magni, largi, copiosi, in quibus erogandis decorum spectatur.

Finis. Finis est sola honestas, cum voluptate, absque parsimonia. *Παρμανεύς*

Effecta. Effecta sunt Opera, vel Sacra, ut Tempia, altaria, vel Profana, eaq; vel Publica, ut Mœnia, pontes, &c, vel Privata, ut Aedes, &c.

Extrema. Extrema sunt in Excessu, Luxus inutilis, & profusio magnorum sumptuum in res viles. In Defectu, sordes intempestiva in magnis rebus efficiendis parsimonia.

CAPUT IX De Magnanimitate.

Magnanimitas quid **MAGNANIMITAS** est Virtus, in magnis & debitis honoribus expetendis vel contemnendis mediocritatem servans, *Arist. lib. 4. Ethic. cap. 3. Græcis dicitur μεγαλοψυχία.*

Tripliciter sumitur apud Ethices scriptores, 1. Pro Fortitudine, quia in periculis summis, magnus etiam conspicitur animus,

mus. 2. Pro ornamento quædam virtutum omnium. *Arist. 4. Ethic. cap. 3. 3. Pro virtute, appetitum in magnis honoribus appetendis dirigente, uti hoc loco.*

Obiectum Magnanimitatis, Generale sunt *ὀβεία* *τὰ μέγιστα*, res magnæ. Speciale verò sunt honores magni, quia honor omnium externorum bonorum est maximum.

Honor est præmium virtutis, tributum à congruente ejus iudice, viro bono, ut ejus virtute refulgeat, cæteriq; ejus exemplo ad virtutem excitentur. *Piccol grad. 8 cap. 24.*

Officium magnanimi primarium est, magnos & meritos honores convenienter & modo decenti, vel appetere, vel contemnere. Secundarium est, tam circa divitias quam potentiam, & fortunam tam prosperam, quam adversam moderate versari: non offerendo animum in secundis, nec abjectum in adversis.

Excessus est Superbia vel Fastus, quando majoribus honoribus nos dignos judicamus, & præter meritum affectamus. Hinc omnis superbus & stultus & injustus est. Defectus Pusillanimitas, *μικροψυχία*, estq; vitium, quo iis etiam honoribus indignos judicamus, qui jure nobis debentur, & qui hoc vitio laborant, in seipos sunt injusti. Magnanimitatem non tollit Humilitas spiritualis: Honorem legitime appetere licet, emere verò turpissimum vitium est.

CAP. X. De Modestia.

MODESTIA est Virtus servans mediocritatem in parvis honoribus, eò quo decet modo, expetendis, *Arist. lib. 3. Ethic. cap. 4.*

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303.16.21

Regula. Modestiae vocabulum accipitur dupliciter, 1. Generaliter pro quavis animi moderatione, verecundia & pudore in loquendo, stando, incedendo, gaudendo. 2. Specialiter, uti hoc loco.

Objecum. Objectum sunt honores modici & parvi: Et per hoc differt Modestia à Magnanimitate, tanquam Liberalitas à Magnificencia: Nam Magnanimitas versatur circa magnos, Modestia circa parvos honores: Actiones hujus virtutis sunt duplices 1. Appetere debitos & justos honores. 2. Abstinere à nimis & nobis dignioribus honoribus.

Extremum. Extremum in Excessu est Ambitio φιλοδοξία vitium, quò honores mediocres nimium expetimus, In Defectu est ἀφιλοδοξία, honorum contemptus, quò etiam debitos honores præter rationem aspernamur.

CAP. XI. De Mansuetudine.

Mansuetudo quid. MANSUETUDO est Virtus, quae mediocritatem servat circa iram in vindicando & puniendo, Golius lib. 4. Eth. c. 5. Graecis dicitur πραότης.

Nomen hoc sumitur 1. Generaliter, pro eo quod quacunq[ue] ratione est mansuetum vel cicut. 2. Pro lenitate abusive. 3. Pro virtute, uti hoc loco.

Objecum. Objectum internum Mansuetudinis est Ira, seu irascendi appetitus. Externum omnia ea, quae iram in animo hominis excitare possunt, ut sunt iniuria, damna, contemptus, &c.

Officium. Officium Mansueti, est iram convenienter moderari. Habenda itaq[ue] est ratio 1. Causarum, ne quis irascatur, propter leves, sed solum propter graves, & justas causas & pertinentes ad vindicationem & defensionem honoris, cultus divini, patriæ, libertatis, legum, conjugum, liberorum.

rum finis, existimationis, &c. 2. Personarum, ut irascamur non cuivis, non imprudenter peccantibus, non mentre captis, non superioribus, non bene de nobis meritis, non veniam precantibus, sed scelera is, impr bis & malis. 3. Modi, ne in irascendo terminos honestatis excedat quis, ut indecerè aliquid committat, quod est vel contra honestatem, vel nobis obsit, aut ira delicto major sit &c. 4. Temporis, ne nimis tardè in gravibus, nec nimis citò in levibus, aut seriis consultationibus, aut tempore gaudij, &c. nec diu est attendenda ira, aliàs in odium & furorem vertitur.

Extremum in excessu est Iracundia, ἐργότης, vitium, quò præter modum absq[ue] justis causis ira indulgemus: Species hujus sunt Excandescencia, quâ ob levem causam subito irascimur & placamur. 2. Amarulentia, πικρότης, quâ tardè quidem irascimur, sed semel iram conceptam, tam diu fovemus, usq[ue] tum vindictam fuerimus consecuti: 3. Cuius delitas, ἐαυδομία, quae dicitur iracundia pertinet ad delicta, & apperta, quae absq[ue] vindicta placari non potest. In Defectu est Lenitudo, ἀσθενεία, vitium, per quod ne justis quidem de causis ira commoveamur: qui hoc vitio laborant inepti sunt ad res præclaras gerendas. Vita et fama inde passim ambulant.

CAP. XII. De Virtutis Homeliticis, Comitatus, Veritate & Urbanitate.

Comitas quid. COMITAS est Virtus in conversatione quotidiana mediocritatem servans, ne quis offensus datur. Dicuntur Virtutes homeliticæ, quia ut plurimum circa ομιλίαν & conversationem versantur.

Objecum. Objectum Comitatus internum sunt voluptates & dolores animi ex rebus seriis in quotidiana hominum conversatione existentes. Externum est Comitatus officium.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308.16.2.

munio dictorum & factorum in congressu hominum. 1. Ujus virtutis Fundamenta habemus in Sacris, Ephes. 4. 3. & 31. Item Coloss. 4. 6. & Exempla Salomonis 1. Reg. 10 Abigail, 2. Reg. 25. Jacob Genes. 3. Davidis, 1. Sam. 16. &c.

Officia. Officia viri comis vel humani sunt 1. neminem dictis aut factis ledere, sed delectare. 2. Habere rationem personarum, videlicet praestantioribus obtemperare, inferioribus modestè persuadere, aequalibus consentire, delinquentes modestè monere &c.

Excessus. Excessus est assentatio, Blanditia, ἀρεσκεία, *meßala* quæ omnibus absq; ullo discrimine, præter modum honestatis placere studemus. Defectus, Morositas *Tiberium* εὐπολία, Vitium, quò præter rationem & modum nemini ne in honestis quidem rebus & adionibus placere volumus, sed omnia improbanus, &c.

Veritas quid. VERITAS sive Veracitas est Virtus, per quam id quod in re qualibet verum est, solius veritatis amore simpliciter & aperte fatemur, nihil addendo vel detrahendo, Græcis ἀληθία.

Regulæ. Veritas sumitur dupliciter 1. Theoretice, pro affectione Entis, quæ ens est, tum denique pro convenientia nostrarum cogitationum & propositionum. 2. Practice, pro virtute, uti hoc loco.

Fundamentum. Fundamentum hujus virtutis est itidem vel divinum, quod à Deo ipso proficiscitur, qui Veritas est essentialiter, omnesq; veraces esse debere, præcipit Job. 8. Ephes. 4. 25. Phil. 4. Matth. 5. Num. 4. 6. 1. Reg. 12. 14. Naturale juxta illud Flavij Leonis: *Julæ* ræ est concordia cordis & criæ.

Objectum. Objectum hujus Virtutis est omne verum tum Verbis

verbis tum factis expressum, ut in iis nihil falsum aut fictum inveniatur: secundario, communito quoq; dictorum & factorum in societatibus.

Officium viri candidi & veracis est, ut sit 1. Officium *παικλῆς*, justus ac bonus, nihil propter con modum privatam, dicens vel faciens, quod revera non sit. 2. *αὐτέκαστος*, in dictis & factis sibi per annua similibus, nihil in alterius gratiam fingens 3. *ἰσχυρὸς*, sua non *ja*ctans, sed *extenuans* potius. *Exime hic casus*

In Excellu pugnat cum Veritate *ἰσχυρὸς*, Excessus. Mendacium, quod in judiciis aliquandi dicitur, ut Falsum testimonium, falsa defensio, falsa Sententia, vel extra judicium, si quocunq; tandem modo, quis verum non dicat: Dividitur à Scholasticis, Magistro Sententiarum lib. 3. distinctionum 38. & Thoma 2d. q. 100 in Perniciosum, Jocosum, & officiosum, de quibus alij, vide Philos. sobr. Meiss. Quest. pract. pag. nubi 514. 2. Arrogantia ἀλαζονεία, quæ ea quæ non habemus nobis arrogamus. In Defectu opponitur vero ipsa Dissimulatio, quæ ea quæ nobis adsunt dissimulamus, vel contraria fingimus.

URBANITAS εὐτροπεία, est Virtus, in Urbanitas ludis & joci mediocritatem servans. Conal. Subjectum

Subjectum, ubi hæc Virtus locum habet, sunt secundum bonorum Congressus, Convivia, &c. In templo, curia non jocandum.

Objectum sunt ludi & joci omniaq; delectabilia. Obiectum Officium urbani est ut ludi & joci sicut sint liberos, honesti, & non tantum oblectationi. & Sapientia *ἰσχυρὸς*

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1303. (192)

tia sale conditi, sed & personis, loci, atq; temporibus accommodati, naturali quadam gratia, non coacti, non affectate, prolati.

Excessus. Excessus est Scurrilitas *Βωμολοχία*, quā in jocando & modum & decorum excedimus, non habita ratione circumstantiarum. In Defectu *ἀγρηκία*, Rusticitas, quā neq; jucunda proferre, neq; aliorum jocos ferre possumus.

Taciturnitas. Huc refertur Taciturnitas, quā arcana nobiscum retinemus, quæ reprehensionem recte judicantium incurrere possunt: Observatur cum consideratione certarum circumstantiarum, loci, temporis, personarum, necessitatis, honestatis. Opponitur ei in Excessu Garrulitas, in Defectu Infantia & stupiditas.

CAPUT XIII. De Justitia in Genere & in Specie.

Justitia quid. JUSTITIA est habitus, quō homines apti redduntur, at eoq; idonei sunt ad agendum ea, quæ justa sunt, eademq; etiam agunt & volunt Arist. 5. Ethic. Nom. Græcis dicitur *δικαιοσύνη*.

Universalis. Ceterim Justitia distribuitur à philosopho in Universalem & Particularem. Universalis est, quā omnibus legibus ad publicam societatis conservationem obedientia præstatur.

Objectum. Objectum hujus Justitiæ universalis est Jus ipsum, sive omnium virtutum & legum actiones, & omnia legitima, &c.

Officium. Officium ejus est, legitimam virtutum usum monstrare tum quoad nos, quomodo videlicet nos ipsos

erga nos gerere debeamus, tum præcipue quomodo in negotiis publicis sit versandum, tum quantum cuiq; tribuendum.

Oppositum est Injustitia universalis, & quicquid *της ἀνομιᾶς* nomine comprehenditur, quō oppositum non præstatur obedientia legibus, atq; adeo turbatur humana societas.

Justitia particularis est virtus, quæ tam in rerum distributione, quam commutatione ac contractibus, & omnibus, in quibus injuria cuiquam fieri potest, ita hominem se gerere docet, ut nec de externis bonis plus sibi vendet, & minus alteri relinquat, nec rursus de malis minus sibi & plus alteri, quam par est, & jure illi debetur, Horneius lib. 3. c. 11. hæc proprie est Justitia.

Objectum hujus virtutis sunt bona externa, quæ in fortuna temeritate posita sunt & in quibus expetendis modum excedere possumus & peccare.

Finis Justitiæ hujus est, æqualitatem in distributione & commutatione observare.

Justitia particularis est duplex: Distributiva *Διμετρική*, & Commutativa *συναλλακτική*.

Justitia distributiva est, quæ in distributione rerum externarum pro ratione dignitatis personarum, & æqualitatis rerum, singulis suum tribuit.

Oppositum est Injustitias quæ præmia & pœnæ non justo distribuuntur modo. Excessus est vel dici potest Tyrannus, sive Crudelitas. Defectus Socordia.

Objectum sunt 1. bona & mala externa, nempe honores, dignitates, præmia, pecunie, officia, castigationes. 2. Personæ, (presertim illæ quæ publicum

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum: 1308. (19. 2.)

aliquod munus gerant) quibus bona secundum me- ritum sunt distribuenti.

Proportio Proportio in hac iustitie specie debet esse Geom- metrica, quando non videtur nec absolute spectatur rerum equalitas, sed certo quodam discrimine cir- cumstantiarum, vel certo respectu personarum, quibus aliquid tribuendum est, aut rerum, que tri- buende sunt, determinatur.

Ad iustitiam distributivam refertur Ius Talionis Quod est vel simplex sive Pythagoricum, quando quis id, quod alteri fecit, simpliciter sive eodem modo petitur, & hoc ius in specie iustitie distributive locum habere nullo modo potest, cum in ea habenda sit ratio personarum, & proportio non identitatis sed simi- tudinis spectanda. 2. Proportionale sive Analogicum, quod reducitur ad certam equalitatem secundum proportionem per- sonarum, & haec retributio tam bonorum quam malorum facta proportionaliter valde necessaria est in humana societate, ne omnium rerum confusio & ledæ servitutes oriantur.

IUSTITIA Commutativa est que in contra- ctibus & rerum commutatione nullo habito perso- narum respectu eam servat equalitatem, ut suum quisque consequatur, & nulla pars defraudetur.

Differt hæc à Distributiva Objectis Subjecto, Proportione.

Objectum sunt contractus Civiles, 1. Emptio, 2. Venditio. 3. Mutuum. 4. Sponsio seu fidejussio. 5. Commodatum. 6. Depositum. 7. Locatio & con- ductio. 8. Stipulatio. 9. Transactio. 10. Usus fructus, de quibus Icti.

Medium

Medium sive mensura Contractus est vel ex Natura, ut annona publica, vel Instituto, ut Num- mus. Oppositum est Injustitia, que nullam ra- tionem equalitatis inter damnum & lucrum, poenam & delictum habet, &c. Proportio sit Arithmetica,

tica, nam hic non personarum respectus, sed simplex rerum equalitas attenditur.

CAPUT XIV. De Jure.

Iustitie effectum est JUS, quod in mutue societatis usu recta ratio prescribit. Ab Aristotele dividitur in Civile, & Domesticum. Icti divi- dunt in Naturale, quod natura docuit omnia ani- malia, ut seipsum defendere. Gentium, quod ratio omnes gentes docuit, ut patriam defendere. Et Civile, quod quisque populus sibi constituit. Oeconomi- cum in Uxorium, Herile, & Patrium. Civile iterum est duplex: Naturale, quod apud omnes ho- mines eandem vim habet juxta rectam rationem. Et legitimum, quod non ex natura, sed hominum insti- tuto dependet: Ad hæc dividitur in Jus scriptum & non scriptum, vide Barth. Ethic.

Adjuncta sunt Equitas benigna juris scripti emendatio ob generalitatem. Oppositum est Sum- mum Jus, & sycophantia, callida legis interpretatio.

CAP. XV. De Semivirtutibus, &c.

CONTINENTIA est dispositio proba, se- quens rationem rectam, qua homo se abstinere à voluptatibus cupiditate repugnante, Piccol. g. 3.

Objectum sunt voluptates tam corporis, quam Animæ. Excessus est Incontinentia, qua quis ju- gum recte rationis quodammodo excutit, & ad pec- candum abripitur: Ejus due sunt Species, Præcipi- tantia & Infirmitas, &c. Defectus nomine caret.

Tolca

Regi nyomtetvanyok Bratislava-Lyceum: 1303.1628.

Tolerantia quid. **Tolerantia** est affectus rationem rectam sequens, qua homo perfert dolores repugnante irascendi appetitu, Piccol. Objectum sunt dolores: Extremum in excessu est pertinacia. in Defectu, molities. Keckerm. Ethic. pag. 280.

CAP. XVI. De Virtute Heroica.

Virtus Heroica quid. **Virtus Heroica**, est virtutis excellentia, hominem supra communem seu humanam conditionem elevans: vagatur per omnes virtutes, omniumque virtutum perfectio est. Extremum in Excessu est Feritas, in Defectu est Ignavia summa.

CAP. XVII. De Cognatis virtutum.


Amicitia & Voluptate.

Amicitia quid. **AMICITIA** (seu φίλια,) est benevolentia in Amutua affectione non latens, aut occulta 8. Eth. Nicomach. Amicitia est i. Honesta, jucunda, utilis, Æqualis, Inequalis, Naturalis, Cognata, Conjugalis, Communicativa. Adjuncta sunt. Benevolentia, Concordia, Beneficentia. Excessus insanus Amor. Defectus, fuga hominum.

Voluptas quid. **Voluptas** est operationis perfecta signum 10. Ethic. cap. 4. Voluptas est animi, Corporis, Ho. est, turpis, Indifferens, Pura, impura. Humana Belluina, de quarum explicationibus videantur Vellemtus Exerc. Ethic. 16, Keckerm. Golius. Stier. Piccol. &c.

SUMMA ETHICÆ.

Præsit λόγος; sed pareat Non quod libet, sed quod licet.
 λόγος appetitus sensuum Non quod licet, sed quod decet.



INDEX CAPITULORUM.

Proœmium de definitione natura et constitutione Metaphysicæ. 3

De Definitione Metaphysicæ. 4

PARS GENERALIS METAPHYSICÆ

Caput 1. De Natura et distinctionibus Artium. 5

Cap: 11. De Affectionibus Entis in Comuni. 7.

Cap: 111. De Uno. 8.

Cap: 111. De Vero. 9.

Cap: V. De Bono. 11.

Cap: VI. De Actu. 14.

Cap: VII. De Potentia. 16.

Cap: VIII. De Principio & Principato. 19.

Cap: IX. De Causa & Causato in genere. 22.

Cap: X. De Materia. 24.

Cap: XI. De Forma. 27.

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.
1303.16.2.

Cap: 12 De causa Efficiente. 28
 Cap: 13 De Causa - - - 31.
 Cap: 14 De Necessario et contin-
 gente - - - 34
 Cap: 15 De dependente et independe 37.
 Cap: 16 De Simplicii et Composito - 38
 Cap: 17 De Toto et Parte. - - 41
 Cap: 18 De Eodem et diverso sive
 Identitate et diversitate - 44
 Cap: 19 De Distinctione - - 46
 Cap: 20 De Oppositione - - 49
 Cap: 21 De Universale et Singulare - 50
 Cap: 22 De Communicabili et Incommunicabili
 Cap: 23 De Finito et Infinito - - 54
 Cap: 24 De Duratione et Ubietate
 sive esse alibi. - - 56
 Cap: 25 De Perfecto et Imperfecto - - 58
 Cap: 26 De Completo et Incompleto - 60

An ignorantia legis positura excuset?
 Duplex e ignorantia simplex et affectata illa dicitur
 inevitabilis cu quis post sumam diligentiam manet igno-
 rans, Innocentius 1o q 32 Luca 12. 47 a. quae ei obicit qui
 scit bene quod in se fuit bene q 11 12 q 25 hoc
 dicit inevitabilis e cu quis sua culpa ignorat, et de a. ca
 supior quodam a. de industria continentur cognitionem
 in qd qd primum vite aucti omni vna de ferent cupit
 bene q 32 c. 34 35. Rursus excusatio vel e a cul-
 pa vel a gravitate culpa. Illa e que tamen penitus pra-
 stat a peccato immunitate: Haec a. e que quoniam a pec-
 cato liberam non praestat tamen gravitatem peccati mi-
 nuit et extenuat. Nulla ullius peccati ignorantia excu-
 sat penitus excusat a culpa tum qd quod ignorantia
 a quocumq admittat non facit hominem peccati 1o hanc
 14 tum qd diversa Christi affectio est, quod secundum legem
 delinquit contra voluntatem in nota regulatur, et de
 omnibus Luca 12 18. Ignorantia simplex licet peccati
 penitus a peccato penitus immunitate n praestat in
 hilominus gravitatem peccati extenuat, Luca 12 18 19
 193 Actus 2 19. Ignorantia supina et affectata
 non tamen excusat quae aggravat peccatum Job 21 11
 Psal 36 123 Luca 12 47 tota 15 122
 Locatio e a parte meriti pro labore fun-
 dit unde dicitur longiora, conductio a. a parte
 meriti dependentis

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum.
 1303.119.2.

Quare Prudentia in vobis Virtus Moralibus
oppositio ad habitum Speculativum in Philosophia
3^o inter virtutes
Quare Prudentia est moralis quantum ad materia-
lem in quantum ad Subjectum est in intellectualibus
sunt in Subjecto. Et idem hic solus est distinctio
tuta moralium quae sunt morales quantum ad
materiam et quantum ad Subjectum Subjectum
a. omni virtute moralium quae utroque modo
sunt morales est appetitus. Arum.

5
Sy-
tur in quibus dicitur, q. dicitur
bentur Figura Redundantiae.
2. Defectus. 3. Immutationis.
4. Transpositionis.
Figura